INSTITV-
TIO COMPENDIA-
RIA TOTIVS GRAMMATI-
CAE, QVAM ET ERVDI-
tissimus atq; idem illustrissi-
mus Rex noster hoc no-
mine euulgari iussit, ut
non alia q̃ hæc una
per totam An-
gliam pu-
eris
prælegeretur.

LONDINI. ANNO
M. D. XL.

BIBLIOTHECA

TOTIVS ANGLIAE LVDIMAGISTRIS AC GRAMMATICAE PRAECEPTORIBVS.

RES ADEO HVMILIS AC REIECTICIA NONnullis uisa est grammatica, uiri studiosissimi, ut non defuerint, qui illius tenuitatem hoc epigrammate sint insectati. Grāmaticae calumniatores.

Felix grammaticus non est, sed nec fuit unq̄,
Nec quisq̄ est felix nomine grammaticus.
Sed si quis felix præter fatum extitit unq̄,
Is demum excessit grammaticos canonas.

VERVM hanc iniquissimam istorum calumniam egregie ulciscitur Quintilianus, ubi asserit hāc uestram professionem plus habere in recessu, q̄ prima fronte promittat, ubi ait, hanc unam docere rectam loquendi, legendi, atq; scribendi rationem, neq; poëtas modo, sed & omne scriptorum genus diligenter excutere, atq; de quouis negotio literario iudicium ferre. Proinde istos neutiq̄ ferendos existimat, qui grammaticam ceu rem tenuem ac ieiunā cauillentur: quæ nisi reliquarum scientiarum fundamenta fideliter iecerit, quicquid superstruxeris facile sit corruturum. Est itaq;, inquit ille, grāmatica necessaria pueris, iucunda senibus, dulcis secretorū Laus grāmaticæ.

comes, & quæ uel ſola ex omni ſtudiorum genere plus habet operis q̃ oſtẽtationis. Nõ eſt ergo quòd metuat hæc ars ſycophantarum morſus, quando tantum ſit ſortita patronum. Quo fit, ut licet non dubitem hanc ueſtram facultatem, uel unius Fabii calculo comprobatam, uobis diſplicere nec poſſe, nec debere: tamen certus ſum eam toti populo atq; ſenatui ueſtro longe chariorem futuram, ubi certò intellexeritis eandem magnificentiſsimo quoq; regi noſtro eidemq; doctiſsimo haud quaq̃ eſſe neglectui. Is enim ut in quauis diſciplina, & præſertim ſacrarum literarum ſtudio eſt exercitatiſsimus, ita & has quoq; grammaticorum minutias nec contemnit, nec præterit intactas. Cæterum ubi pro incomparabili ſapientia ſua ſubodoratus eſſet, quantũ diſpendii teneriuſculæ puerorum ætati, ac uelut primæuo totius Reip. ſeminario, in hoc alioqui florẽtiſsimo regno ſuo, uel hinc indies emergeret, quòd per omnes huius regionis partes nõ haberetur una quæpiam ac ſimplex inſtituendæ pueritiæ ratio, ſed paſsim pro diuerſorum palatorum uarietate, multiplex ac uaria: ad hæc ubi paulo altius apud animum ſuum perpendiſſet tot cotidie ubiq; locorum exoriri occaſiones, cur haud exigua tyrunculorum pars ſubinde ſedes ſuas ac ſcholas pro re nata immutare cogeretur, & proinde neceſſario euenire, ut propter alium atq; alium docendi modum, prima illa grammati-

Grãmaticam regi quoq; curæ eſſe.

Regis ſapientia.

Cur edictum ſit ut una tantũ grãmatica habeatur.

matices rudimenta apud diuersos præceptores diuersimode etiam auspicaretur, nec interim per tot & toties repetita initia promoueret quicquam, sed uel cancrorum more retrocederet, uel saltem uelut in eisdem uestigiis semper consisteret immota.

VBI hæc, inquam, atq; huiuscemodi tenerorum ingeniorum remoramenta & cruces, uigilantissima regis cura secum iterum atq; iterum reuoluisset, suarum esse partiũ facile perspexit, ut huic tanto Reip. suæ incommodo, aliquod præsentaneum remediũ breui adhibendum curaret. Quare mandatum suũ aliquot uiris eruditis, & in hac literaria palestra utcunq; exercitatis, delegandum censuit, qui facilem quandam & planè compendiariã grammatices institutionem ex optimis quibusq; huius generis scriptoribus collectam, uelut in unum corpus concinnarent, quam & hac lege euulgandam sanciuit, ut non aliam q̃ hanc unam intra ditionis suæ pomeria discipulis uestris prælegeretis. Quod tamen optimi & æquissimi principis edictum non ita intelligi debet, quasi iubeat quicquid hic scriptum reperietis eodem etiam, quo scribitur ordine, & sine interuallo, tenellis adhuc ac fastidientibus puerorum stomachis continuo & citra omnem delectum esse obtrudendum: cęterum hoc cuilibet uestrum integrum relinquitur, ut pro captu auditorum suorum, quicquid sibi commodum uidebitur, uel omittat pro arbitrio

Sententia edicti.

bitrio ſuo, uel gregi ſuo proponat ediſcendũ, modo non aliam q̃ hanc grammaticam publice aut priuatim profiteatur aut doceat. Porrò licet methodũ quandam ſummariam totius artis ueſtræ, q̃ breuiſſime fieri potuit, hic congeſtam habeatis: id tamen hoc conſilio potius factum eſt, ne quid quærentibus uobis, quod ad ſimplicem artis rationẽ pertineret, deeſſe uideretur, q̃ ut tenella ingeniola primo ſtatim aggreſſu his omnibus obruenda uiderentur. Quare ſi hanc qualemcunq; lucubratiunculam, pro officii ueſtri ratione, æqui boniq; cõſulueritis, ac quãta poteſtis diligentia impuberi illi gregi, qui é ueſtra fide totus pendet, enarrandam ſedulo curaueritis, non ſolum excellentiſsimi principis expectationi egregie reſpondebitis, ſed ueſtro quoq; officio probe defuncti uidebimini, efficietiſq;, ut hoc qualecunq; opuſculum indies & emaculatius uobis prodeat, & ſi opus uidebitur, etiam locupletius.

Quid nacti hac inſtitutio.

VALETE.

Ἐγκώμιον τοῦ βασιλέως.

TVnc fore res hoium fauſtas, tũc ꝓſpera cũcta Quę reſp. felix.
Ventura aſſeruit maximus ille Plato:
Quando ſibi comitẽ iungat ſapientia regem,
Aut ſophię ſtudeat, qui tenet imperium.
Iſtoc ſi uere cenſes dixiſſe Platonem
Anglia, quid ceſſas iure placere tibi?
Rex tibi talis adeſt, qualem aſpexêre priores Laus Regis.
Nullum: nec poterit cernere poſteritas.
Corporis ut dotes ſileam, quibus undiq; felix
Extat, in immenſum prȩuolat ingenio.
Quod ſtudii genus eſt, aut quas mihi dixeris artes,
Quas non diuinum pectus id intus habet?
Et licet inuentis hominum ſit doctus abunde,
Sacra tamen Chriſti lex loca prima tenet.
Chriſtus in ore ſedet, Chriſtum pia lingua profatur,
Atq; ſui regis cor quoq; Chriſtus habet.
Quicquid agit, loquitur, meditatur, Chriſtꝰ id omne eſt.
Pectora, mentem, animum Chriſtus ubiq; mouet.
Hinc eſt qꝫ noſtris pietas, & gloria Chriſti
Sint curæ, & ueræ relligionis amor. Felicitas Angliæ.
Exulat hinc error, perit & Romana tyrannis,
Et ſolitas latebras hæreſis atra petit.
Hinc ſyncera fides tandem caput erigit, atq;
Sub pedibus premitur uana ſuperſtitio.

Tollitur

Tollitur impoſtor, delator pallet ubiq;,
Proditor in foueam iam ruit ipſe ſuam.
Hinc ius faſq; ualent, cunctos pietatis auitæ
Maximus ardor habet, nec niſi ſancta placent.
Hinc ualidæ leges, hinc & Res publica floret.
Hinc requies, hinc pax, hinc bona cuncta fluunt.
Inde nitent artes, colitur doctrina probata.
Rex faſtuet literis. Rege ſub hoc ętas aurea conſpicitur.
Huius & auſpiciis regis, uelut omine fauſto,
Prodit et in lucem, nunc liber iſte tibi.
Quem niſi grato animo capias Britannica pubes,
Nec pia, nec grata es, nec memor officij.
Portat opes magnas exili mole libellus.
Quas poterit paruo quiſq; parare tamen.
At licet euoluas aliorum mille labores,
Preſsius inuenias utiliuſue nihil.
Tu memor ergo puer, per quem tot cõmoda ſumis,
Puerorũ uota pro rege. Tam doctum regem ſemper in aſtra feras.
Vtq; diu uiuat felix fauſtuſq; precare:
Deinde domos ſuperas ſcandere promereat.

Κυριε σῶσον τον βασιλέα.

IG · DE
N

ERRATA INSIGNIORA.

Folio	Pagina	Linea	Lege uel dele
2	2	15	Tn
Ibidem		ult.	Ambio
3	1	3	Septentriones
5	1	3	origines
7	1	27	compellandis
9	1	19	inflexionis
10	2	20	dele, hiſtrix
11	2	8	ỹri
Ibidem		10	Preſbyter
14	1	16	anomalia
17	2	1	anus
19	2	4	Menſes ꝑfluuium
20	1	28	Fructu ac
21	1	ult.	Pñſsimus
Ibidem	2	1	Ipſiſsimus
22	2	3	primitiuam
23	1	23	tertiæ
26	2	19	factane
Ibidem		30	gratias
Ibidem		31	ſanatur
27	1	30	huius
28	1	4	ſignificant
31	1	ult.	dele, & ſic
Ibidem	2	28	alitumq;
33	2	21	dabitur quem
34	2	2	Inquio
35	1	25	coniugantur
36	2	10	Nexus
37	2	24	doctiſsimꝰ qſq;

Folio

Folio	Pagina	Linea	Lege, uel dele
40	1	peuult.	pedetentim
48	2	4	Ingenui
49	2	2	ſignificat
50	1	26	plenæ
52	1	6	adſimules
61	2	29	numerũq; referre
62	2	12	calidus
63	1	12	conſedimus
66	2	11	coactæ
67	1	29	lęſerunt
Ibidem		ult.	ſtudes
76	1	16	inis

Ibidem mox poſt ultimam lineam, ſubiunge

{Amo {Porro
{Virgo {Legendo, gerundium. Et dele eaſdem

uoces pag. proxima, lin. 7. & 8.

DE GRAMMATICA
et eius partibus.

GRAMMATICA EST RECTÆ
ſcribendi atq; loquendi ars.

Grammaticæ quatuor ſunt partes.

Orthographia,	Syntaxis.
Etymologia,	Proſodia.

DE ORTHOGRAPHIA.

RTHOGRAPHIA eſt recte ſcribendi ratio, qua docemur quibus quæq; dictio ſit formanda literis, ut lectio, non lexio, ab ὀρθὸς rectus, & γραφὴ ſcriptura.

DE LITERIS.

Ex uiginti duabus literis, quinq; ſunt uocales

a	o
e	u
i	& y græca.

Ex quibus uarie cõpoſitis coaleſcũt diphthongi quinq;.

æ	ut	muſæ
au		audio
œ		cœlum
ei		hei
eu		euge.

Reliquę literæ conſonantes appellantur, quarum nouem ſunt mutæ.

b c d f g — k p q t

Septem autem ſemiuocales.

l m n r — s x z

Ex quibus

l m n r liquidę ſunt.

s uero ſuæ cuiuſdam poteſtatis litera : quę interdum etiam liqueſcit.

x, z, & i quoq; inter duas uocales, duplices ſunt conſonantes.

Adduntur etiam conſonantibus i & u, quando ſibi, uel aliis uocalibus in eadem ſyllaba prępponuntur, ut

Voluntas Vultus — Iuno Iouis

k, y, & z latinis dictionibus nunq̃ admiſcentur.

h, litera non eſt, ſed aſpirationis nota. Prępponitur autem uocalibus omnibus, ut

hamus hebenus hiatus — homo humus hymnus

Conſonantibus uero nullis. Recte itaq; enunciamus.

hiulcus hiacch⁹ — triſſyllaba — Hieronymus Hieremias — pentaſyllaba.

At in latinis dictionibus interdum h poſtponitur c, ut charus

{ Charus
{ Pulcher

Bifariam pinguntur literæ, maiuſculis ſcilicet characteribus & minuſculis : Maiuſculis inchoantur ſententiæ, & propria nomina, ut

{ Deum time. { Henricus
{ Regem honora. { Anglia

Diligenter obſeruandū uenit, quę dictiones diphthongis ſcribantur : quę quidem uel ſcribi uel ſignari debēt.

ut { Muſæ / Præſunt } uel { Muſę / Preſunt

Literæ maiuſculę cum ſolæ aut paucæ ſcribuntur, aliquando ſignificant prenomen, aliquando numerum, ut

A.	Aulus.	P.C.	Patres conſcripti.
C.	Caius.	Q	Quitus, Queſtor, Qui
D.	Decius.	R.P.	Reipublica. (rites.
G.	Gaius.	Sp.	Spurius.
L.	Lucius.	Sex.	Sextus.
M.	Marcus.	T.	Titus.
P.	Publius.	T.C.	Tua Clementia, &
P.R.	Populus Romanus.		ei⁹ generis infinita.

In numeris uero

I.	ſignificat	unum.
V.		quinq;.
IX.		nouem.
X.		decem.
XL.		quadraginta.
L.		quinquaginta.
XC		nonaginta.
C.		centum.
D.		quingenta.
M.		mille.

DE SYLLABARVM DISTINCTIONIBVS.

Recte ſcripturo diſcendū eſt in primis ſyllabas inter ſcribendum apte diſtinguere, atq; connectere. In ſimplicibus uocibus, bd, uocali ſequenti adhęrent, ut

A-bdomen.
A-bdera.

Quam quidem rationem ſequuntur & iſta.

ct, ut Do-ctus. San-ctus.
gm, gn, ut A-gmen. I-gnis.
pſ, ut Scri-pſi Sum-pſi
ſt, ut Ve-ſter Magi-ſter
ſc, ut Pi-ſcis Di-ſco
x, ut An-xius Di-xi
In, ut E-tna. & ſimilia.

inter m & n nō inſeritur p. Male igitur pigeretur

Sompnus, Columpna pro Somnus, Columna

Poſt x non ſcribitur ſ, ut

Excribo, Exoluo non Exſcribo, Exſoluo

In compoſitis cum prępoſitione, auribus & euphoniæ ſeruiendum eſt, ut

Occurro, Officio, Aufero potius quàm Obcurro, Obficio, Abfero. & contra.

Abſtineo, Obtineo, Obrepo non autem Auſtineo, Ottineo, Orrepo

Atq; huius rei gratia etiam conſonantes in compoſitione aliquando inſeruntur, ut

Redamo, Redeo Ambigo, Ambeo

De

DE ORTHOEPIA.

ORTHOGRAPHIAE affinis eſt Orthoepia, hoc eſt emendata recte loquendi ratio: ab ὀρθὸς rectus, & ἔπος uerbum.

Hic in primis curandum eſt, ut præceptores tenera ac balbutientia puerorum ora ſic effingant & figurent, ne uel continua linguæ uolubilitate ſermonem præcipitent, ut nuſq; niſi ubi ſpiritus deficit, orationem claudant: uel contra, ad ſingulas quaſq; uoces longa interſpiratione conſileſcant, ructu, riſu, ſingultu, ſcreatu, uel tuſſi, ſermonis tenorem inepte dirimentes.

Cæterum ante omnia deterrendi ſunt pueri ab ijs uitijs, quæ noſtro uulgo penè propria eſſe uidentur.

Cuiuſmodi ſunt.

Iotaciſmus	Trauliſmus
Lamdaciſmus	Plateaſmus
Iſchnotes	& ſimilia.

Iotaciſmus dicitur, quando i litera pleniore ſono, & ſupra iuſtum decorem extenditur. Quo uitio ex noſtratibus maxime laborant Angli ſeptemtrionales.

Lamdaciſmus eſt, ubi quis l nimis operoſe ſonat, ut

Ellucet	pro	Lucet
Sallauus		Saluus

Noſtrati uulgo diuerſum uitium impingitur, nempe q; hanc literam pinguius iuſto pronunciant, dum

pro	Multus	auditur	Muultus
	Mollis		Moollis
	Falſus		Faalſus

Iſchnotes eſt quædam loquendi exilitas, quoties ſyllabas aliquas exilius & gracilius enunciamus, q̃ par eſt, ut cum

pro { Nunc, Tunc, Aliquis, Alius } proferimus { Nyne, Tyne, Eliquis, Elius }

Trauliſmus eſt heſitantia quędam aut titubantia oris, quando eadem ſyllaba ſępius repetitur, ut

{ Cacacanit, Tututullius } pro { Canit, Tullius }

Huic uitio ut fœdiſſimo ita & periculoſiſſimo, ſic ſuccurrendum putat Fabius: ſi exigatur a pueris, ut nomina & uerſus affectatæ difficultatis ex plurimis & aſperrimis inter ſe cocuntibus ſyllabis, concatenatis ac uelut confragoſis q̃ citiſſime uoluant, ut

Arx, tridēs, roſtris, ſphinx, preſter, torrida ſeps, ſtrix.
Poſtq̃ diſcordia tetra
Belli ferratos poſtes, portaſq; refregit.

Plateaſmus eſt, quando craſſius et uoce pluſq̃ uirili loqui nitimur, ut cum

pro { Montes, Fontes, Pontes } efferimus { Muntes, Funtes, Puntes } ut etiam
pro { Ergo, Sperma, Perago } { Argo, Sparma, Parago. }

Sunt & alibi apud noſtrates, qui pro u ſonant f, & contra f pro u, ut

{ Folo, Fis, Folui, Felle } pro { Volo, Vis, Volui, Velle. } & rurſū,
{ Vero, Vers, Verre } pro { Fero, Fers, Ferre. }

S uero mediam inter duas uocales, corrupte ſonant nonnulli.

pro	Leſus	pronunciantes	Lezus
	Viſus		Vizus
	Riſus		Rizus

H in initio dictionis, lenius, in medio aſperius enunciandum uolunt. Male ergo

pro	Homo	efferimus	Omo
	Hamus		Amus
	Humus		Vmus
pro	Chriſtus		Criſtus
	Chriſma		Criſma
	Chremes		Cremes
pro	Thus		Tus
	Diphthongus		Diptongus
	Sphęra		Spęra

Fœde quoq; erratur a noſtris, ubi t & d, uelut aſpiratas pronuntiant, ut

Amath	pro	Amat
Caputh		Caput
Aputh		Apud

At innumera penè ſunt huius generis uitia, quę bonarum literarum candidatis, & præceptorum diligentiæ emendanda relinquimus.

DE SENTENTIARVM PVNCTIS.

NEQVE exigua orthographiæ pars, in ſcriptura recte diſtinguenda conſiſtere uidetur. Proinde de clauſularum diſtinctionibus paucula annotaſſe non fuerit ſuperuacaneum. Puncta ergo ſiue notæ, quibus in ſcribendo utuntur eruditi, noſtris dicuntur,

Subdi-

Subdiſtinctio		Comma
Media diſtinctio	Græcis	Colon
Plena ac pfecta diſtinctio		Periodus.

Subdiſtinctio ſeu comma, eſt ſilentij nota, qua pronunciationis terminus, ſenſu manente, ita ſuſpenditur, ut quod ſequitur continuo ſuccedere debeat, notatur autem puncto deorſum caudato, ut

Vtendum eſt ætate, cito pede prǽterit ætas:
Nec bona tam ſequitur, q̃ bona prima fuit.

Hac item nota diſtinguntur orationũ ſingulǽ partes, ut

Grammaticus, rhetor, geometres, pictor, aliptes
Græculus eſuriens in cœlum, iuſſeris, ibit.

Media diſtinctio ſeu colon, eſt ubi tantum ferè de ſẽtentia reſtat, quantum iam dictum eſt, & eſt perfecta periodi pars, notaturq; duobus punctis, ut Quemadmodum horologij umbram progreſſam ſentimus, progredientem non cernimus, & fruticem aut herbam creuiſſe apparet, creſcere autem nulli cernitur: ita & ingeniorum profectus, quoniam minutis conſtat auctibus, ex interuallo ſentitur.

Plena diſtinctio, quæ & periodus dicitur, ponitur poſt perfectam ſententiã: quę & puncto plano notat, ut

Dic mihi muſa uirum captæ poſt tempora Troiæ:
Qui mores hominum multorum uidit & urbes.

Huc annumerari ſolent,

Parentheſis	
Interrogatio	

Parentheſis eſt ſententia duabus ſemilunulis incluſa, qua remota, ſermo tamen manet integer, ut

Princeps (quia bella minantur
Hoſtes) militibus urbes prǽmunit & armis.

Interrogatio ſignatur duobus punctis, at ſuperiore ſurſum caudato, ut

Et quę tanta fuit Romam tibi cauſa uidendi?

DE ETYMOLOGIA.

ETYMOLOGIA uersatur in primis circa inuestigandas dictionum origenes, ut num cœlebs dicatur quasi cœlestem uitam agens: num lepus quasi leuipes. Cęterum etymologia, quatenus nos hoc loco de ea disserimus, est ratio cognoscendi casuum discrimina, ut fortis, fortiter, lego, legit. Cicero notationem seu ueriloquium uocat. Componitur autem ab ἔτυμος uerus, & λόγος sermo.

DE PARTIBVS ORATIONIS.

Partes orationis sunt octo.

- Nomen
- Pronomen
- Verbum
- Participium
- Aduerbium
- Coniunctio
- Prępositio
- Interiectio

DE NOMINE.

NOMEN est pars orationis, quę rem significat sine ulla temporis aut personæ differentia.

Nomen dupliciter dicitur { Substantiuum / Adiectiuum

Substantiuum est, quod nihil addi postulat ad eius significationem exprimendam.

Est autem substantiuum duplex. { Appellatiuum / Proprium

Appellatiuum est, quod rem multis communem significat, ut

{Homo / Lapis} {Iuſtitia / Bonitas}

Proprium eſt, quod rem uni indiuiduo propriam ſignificat, ut

{Ieſus / Maria} {Londinum / Thameſis}

Proprii nominis tria ſunt genera. Prænomen, quod uel differentiæ cauſa, uel ueteri ritu præponitur, ut

{Lucius / Publius} {Aulus / Marcus}

Nomen, quod ſuũ eſt cuiq;, ut {Petrus / Paulus} {Cato / Tullius}

Cognomen, quod uel a cognatione impoſitum eſt, ut

{Gracchus / Fabius} {Scipio / Cicero}

Vel ab euentu aliquo, ut {Affricanus / Macedonicus / Germanicus}

Adiectiuum eſt, quod ſubſtantiuo indiget, cui in oratione adhæreat, ut

{Piger / Alacris} {Candidus / Clemens}

Adiectiuum eſt duplex. {Commune / Proprium}

Commune eſt, quod affectionem multis communem ſignificat, ut

{Bonus / Malus} {Solers / Satur}

Proprium eſt, quod affectionem uni indiuiduo peculiarem ſignificat, ut

{Gradiuus, Marti / Quirinus, Romulo}

DE ACCIDENTIBVS NOMINI.

Nomini accidunt ſeptem.

Species, Figura, Numerus, Caſus — Genus, Declinatio, Comparatio

DE SPECIE.

Species nominum eſt duplex.

Primitiua, quę aliunde non trahitur.
Deriuatiua, quę aliunde formatur.

Primitiuę ſubnęciuntur hęc quę ſequũtur, & huiuſmodi.

Collectiuum ſcilicet, quod ſingulari numero multitudinem ſignificat, ut

Concio, Cętus — Plebs, Turba

Facticium, quod a ſono fingitur, ut

Sibilus, Tintinnabulum — Stridor, Clangor

Interrogatiuum, ut Quis, Vter, Qualis — Quantus, Quot, Nunquis. Quę aliquando migrant in infinita, aliquando in relatiua.

Redditiuum, quod interrogatiuo reſpondet, ut

Talis, Tantus, Tot

Numerale, cuius ſpecies hę numerantur.

Cardinale, a quo ceu a fonte alĳ numeri dimanãt, ut

Vnus, Duo — Tres, Quatuor

Ordinale, ut Primus, Secundus — Tertius, Quartus

Distributiuum, ut { Singuli, Bini } { Terni, Quaterni }

Partitiuum, quod significat uel multa singulatim, ut

{ Quisq; Vnusquisq; } { Vterq; Neuter }

Vel unũ è multis, ut { Alter, Aliquis } { Cętera, Reliquus }

Vniuersale, ut { Omnis, Cunctus } { Nullus, Nemo }

Particulare, ut { Aliquis, Quisq̃ } { Vllus, Quidam }

Deriuatiua autem has species subiectas habet.

Nimirum uerbale, ut { Lectio, Litura } { Auditus, Aratrum }

Patrium, ut { Eboracensis, Londinensis } { Oxoniensis, Etonensis }

Gentile, ut { Gręcus, Latinus } { Hebręus, Anglus }

Patronymicum, quod uel a patre, uel ab alia quapiam suæ familiæ persona, deriuatur, ut

{ Aeacides, filius uel nepos Aeaci.
Nerine, filia uel neptis Nerei.
Latoides, filius Latonæ.
Menelais, uxor Menelai. }

Diminutiuum, ut { Regulus, Popellus } { Maiusculus, Minusculus }

Possessiuum, ut { Herilis, Seruilis } { Regius, Paternus }

Materiale, ut { Faginus, Lapideus } { Gemmeus, Aureus }

Locale, ut { Hortensis, Agrestis } { Marinus, Montanus }

Aduer-

Aduerbiale, ut { Hesternus, Hodiernus } { Crastinus, Clandestinus }

Participiale, ut { Amandus, Docendus }

Et quę in lis exeũt, ut { Fictilis, Coctilis } { Flexilis, Pensilis }

DE FIGVRA.

Figura, aut est simplex, ut iustus: aut composita, ut iniustus. Sunt qui addunt & decompositam, ut irreparabilis.

DE NVMERO.

Numeri sunt duo.

Singularis, de uno, ut pater.

Pluralis, de pluribus, ut Patres.

DE CASV.

Casus sunt sex.

Nominatiuus, qui & rectus dicitur, est prima uox, qua rem aliquam nominamus.

Genitiuus, qui significat cuius sit res quępiam. Atq; hic patrius, gignendi, aut interrogandi casus dici solet.

Datiuus, siue dandi casus dicitur, quo quid cuipiam attribuimus. Sub hac uoce octauum etiam casum comprehenderunt, ut, It clamor cœlo, id est, in cœlum.

Accusatiuus, qui & incusatiuus uel causatiuus dici potest, qui uerbum sequitur, ut, Amo patrem.

Vocatiuus, quem & salutatorium uocant, uocandis compellendisue personis accommodatur.

Ablatiuus, quo quippiam ab aliquo auferri significamus. Hic sextus atq; latinus casus appellatur, nempe quod latinorum sit proprius.

DE GENERE.

Genus eſt ſexus diſcretio. Et ſunt genera numero ſeptē.

- Maſculinum, cuius nota eſt, hic.
- Fœmininum, hæc.
- Neutrum, hoc.
- Commune, hic & hæc.
- Commune trium, hic, hæc, & hoc.
- Dubium, hic uel hæc.
- Epicœnum ſeu promiſcuum, cum ſub una generis nota, utrumq; ſexum complectimur, ut hic anſer, hæc aquila.

Vt autem genera nominum adamuſſim calleas, hi ſequentes canones tibi ſumma diligentia imbibendi ſunt: quos & Guilielmo Lilio acceptos referre debes.

REGVLAE GENERALES PROPRIORVM.

PROPRIA *quæ maribus tribuũtur, maſcula dicas,*
Vt ſunt diuorum, Mars, Bacchus, Apollo. Virorum
Vt Cato, Vergilius. Fluuiorum, ut Tybris, Orontes.
Menſium, ut October. Ventorum, ut Lybs, Notus, Auſter.

Propria fœmineum referentia nomina ſexum.
Fœmineo generi tribuuntur: ſiue dearum
Sunt, ut Iuno, Venus. Mulierum ceu Anna, Philotis.
Vrbium, ut Elis, Opus. Regionum, ut Græcia, Perſis.
Inſulę item nomen, ceu Creta, Britannia, Cyprus.

Excipienda tamen quædam ſunt urbium, ut iſta
Maſcula, Sulmo, Agragas. Quędam neutralia, ut Argos,
Tybur, Pręneſte, & genus Anxur quod dat utrumq;.

Regulæ

REGVLAE GENERALES APPELLATIVORVM.

Appellatiua arborum erunt muliebria, ut alnus,
Cupreſſus, cedrus. Mas ſpinus, mas oleaſter.
Et ſunt neutra, ſiler, ſuber, thus, robur, aceráꝫ.

EPICOENA.

Sunt etiam uolucrum, ceu paſſer, hirundo. Ferarum,
Vt tygris, uulpes: & Piſcium, ut oſtrea, cœtus:
Dicta epicœna, quibus uox ipſa genus ferat aptum.

Attamen ex cunctis, quę diximus ante, notandum
Omne quod exit in um, ſeu græcum, ſiue latinum,
Eſſe genus neutrum. Sic inuariabile nomen.

Sed nunc de reliquis, quę appellatiua uocantur,
Aut quę ſunt tanꝫ appellatiua, ordine dicam.
Nam genus his ſemper dignoſcitur ex genitiuo,
Infrà ut monſtrabit ſpecialis regula triplex.

PRIMA REGVLA SPECIALIS.

Nomen non creſcens genitiuo, ceu caro carnis,
Capra capręꝫ, nubes nubis, genus eſt muliebre.

Quoniam Lilius noſter genus nominum appellatiuorũ ex genitiuo dignoſcendũ docet, admonendi hoc loco ſunt pueri, hanc primam regulam eſſe omnium nominum appellatiuorum, non creſcentium in genitiuo. Cuius generis ſunt omnia primę & quartæ inflexionis, ut & ſecundæ etiam, præter paucula quædam, quę infra in tertia regula excepta reperies. Pertinent etiam ad hanc claſſem, pleraqꝫ tertiæ declinationis, cuiuſmodi ſunt.

Labes

Labes labis
Pestis pestis
Vis gtō uis

Mater matris
Cubile cubilis
Caro carnis

MASCVLINA.

Masculanomina in a, dicuntur multa uirorum,
Vt scriba, assecla, scurra, & rabula, lixa, lanista.
Masculagræcorum, quot declinatio prima
Fundit in as, & in es, & ab illis quot per a fiunt,
Vt satrapas satrapa, athletes athleta. Leguntur
Masculaitem uerres, natalis, aqualis: ab asse
Nata, ut centussis. Coniunge lenis, & orbis,
Callis, caulis, follis, collis, mensis, & ensis,
Fustis, funis, panis, penis, crinis, & ignis,
Cassis, fascis, torris, sentis, piscis, & unguis,
Et uermis, uectis, postis, societur & axis.
Masculain er, ceu uenter. In os, uel us, ut logos, annus.
Fœminei generis sunt mater, humus, domus, aluus,
Et colus, & quartæ pro fructu ficus, acusq;,
Porticus, atq; tribus, socrus, nurus, & manus, idus,
Huc anus addenda est, huc mystica uannus Iacchi.
His iungas os in us, uertentia græca, papyrus,
Antidotus, costus, diphthongus, byssus, abyssus,
Crystallus, synodus, saphirus, eremus, & arctus,
Cum multis alijs, quæ nunc perscribere longum est.

NEVTRA.

Neutrum nomen in e si gignit is, ut mare, rete.
Et quot in on, uel in um, fiunt, ut barbiton, ouum.
Est neutrum hippomanes genus, & neutrum cacoethes,
Et uirus, pelagus: neutrum modo, mas modo uulgus.

Dubia

DVBIA.

Incerti generis ſunt, talpa, & dama, canalis,
Halcyonis, finis, clunis, reſtis, penus, amnis,
Pampinus & corbis, linter, torquis, ſpecus, anguis,
Pro fructu ficus fici dans, atq; phaſelus,
Lecythus, ac atomus, groſſus, pharus, & paradiſus.

COMMVNIA.

Compoſitum a uerbo dans a, commune duorum eſt,
Graiugena a gigno, agricola a colo, id aduena monſtrat
A uenio: adde ſenex, auriga, & uerna, ſodalis,
Vates, extorris, patruelis, perq; duellis,
Affinis, iuuenis, teſtis, ciuis, canis, hoſtis.

SECVNDA REGVLA SPECIALIS.

Nomen creſcentis penultima ſi genitiui
Syllaba acuta ſonat, uelut hęc, pietas pietatis,
Virtus uirtutis, monſtrant, genus eſt muliebre.

Huc ſpectant quę acuunt penultimam genitiui creſcentis, qualia ſunt omnia quintæ inflectionis, prȩter fides. Omnia item monoſyllaba, prȩter uis. Reliqua omnia ſunt tertiæ declinationis, ut ſunt omnia deſinentia

In	C	ut	Halec halécis	
	N		Delphin, Titan	nis
	Ans		Infans, Quadrans	antis
	Ens		Continens, Triens	entis
	Vns		Decuns	decuntis.

In er quę græcis per ir ſcribuntur, ut

{Crater / Character} êris.

Latina in er, ad tertiam regulam pertinent, quare mulier haud recte in hac claſſe collocatur.

In
- Inx — Syrinx ingis
- Anx — Phalanx angis
- Vnx ut {Deunx / Septunx} uncis.
- Ons {Effrons / Bifrons} ontis
- Ors {Cohors / Conſors} ortis

Prętera in o latina, quę ônis & énis habẽt in genitiuo,

ut {Lectio / Ligo} ônis
Anio énis

Pręter pauca gentilia, quę ad tertiam regulã pertinent,

ut {Macedo, Brito, Saxo, Vangio, Lingo} ŏnis

In al neutra ſunt, ut

{Vectigal / Animal} âlis — Cetera in l ſunt tertiæ regulę.

In En, quę ênis habent in genitiuo, ut

{Lien / Siren} ênis — Cetera ſunt tertiæ regulæ.

In ων græca, que retinent ω in genitiuo, ut

{Damon / Ladon} ωnis

Quędam uariant, ut

Orion

Orion, Edon, Egeon } ônis ŏnis

Cętera ſunt tertię regulæ

In Ar, ut

Laquear, Exemplar, Calcar } âris

præter

Iubar, Nectar, Arar } ăris

Hepar ătis

In Or latina, ut

Timor, Soror } ôris

Præt { Arbor, Marmor, Aequor, Ador, Memor } ŏris & græca q̃dã { Rhetor, Hector, Neſtor } ŏris

In As latina, ut

Maieſtas, Lenitas } âtis.

præter

Anas, ătis & græca quędam

Lampas, Monas } ădis

In Es, ut

Quies, Magnes, Locuples } êtis

Hęres, Merces } êdis

Meridies diêi

Et græca, quorum genitiuus exit in êtis, ut

Lebes, Tapes } êtis

Cętera ſunt tertiæ regulæ.

In Is, quæ faciunt itis in genitiuo, gentilia, ut

Samnis, Quiris } itis

Salamis, Trachis } inis

Pſophis, Crenis } idis

Semis eſſis.

Cętera ſunt tertiæ regulæ.

In Os, ut { Custos / Rhinoceros } ôdis ôtis præter { Cõpos / Impos } ôtis

In Vs, que in genitiuo ûtis, ûdis, & ûris, faciunt, ut

{ Salus, ûtis / Palus, ûdis / Tellus, ûris } præter Pecus pecûdis

In Ax, ut

{ Limax / Fornax / Thorax / Bibax / Nugax } âcis. præter { Abax / Smilax / Dropax / Storax / Styrax } âcis

Et gentilia quędam, ut { Pharnax / Candax } âcis

Syphax autem uariat, âcis, uel ăcis

In Ex, ut { Veruex, ęcis / Vibex, icis } { Compoſita a lex, ut Exlex, ęgis.

Cętera ſunt tertiæ regulæ.

In Ix, ut { Lodix / Hiſtrix / Phœnix / Pernix / Fœlix } icis

Et uerbalia in trix, ut { Victrix / Nutrix } icis

{ Cætera ſunt tertiæ regulæ.

In Yx, ut { Bombyx, ŷcis / Bebryx tamen uariat ŷcis, ўcis. Cętera ſũt tertię regulę.

In Ox, ut { Celox / Velox } ôcis. præter Cappadox, ŏcis.

In Vx, ut Pollux, ûcis. Cætera ſunt tertiæ regulæ.

In S græca, præcedente p, ut

{ Hydrops / Cyclops } ôpis { Conops / Cercops } ôpis

Cętera ſunt tertię regulæ.

Maſcula

MASCVLINA.

Maſcula dicuntur monoſyllaba nomina quædam,
Sal, ſol, ren, & ſplen, car, ſer, uir, uas uadis, as, mas,
Bes, cres, pres, & pes, glis gliris, habens genitiuo,
Mos, flos, ros, & tros, mus, dens, mons, pons, ſimul & fons
Seps pro ſerpente, gryps, thrax, rex, grex gregis, & phryx.
Maſcula ſunt etiam polyſyllaba in n, ut Acarnan,
Lichen, & delphin. Et in o ſignantia corpus,
Vt leo, curculio, ſic ſenio, termo, ſermo.
Maſcula in er, or, & os, ceu crater, conditor, heros,
Sic torrens, neſrens, oriens, cum pluribus in dens,
Quale bidens, quando pro inſtrumento reperitur.
Adde gigas, elephas, adamas, garamasq;, tapesq;,
Atq; lebes, cures, magnes, unumq; meridi-
Es, nomen quintæ. & quæ componuntur ab aſſe,
vt dodrans, ſemis. Iungantur maſcula, ſamnis,
Hydrops, nycticorax, thorax, & maſcula uertex,
Phœnix, & bombix, pro uermiculo. Attamen ex his
Sunt muliebre genus, ſiren, mulier, ſoror, uxor.

NEVTRA.

Sunt neutralia & hęc monoſyllaba nomina mel, fel,
Lac, far, uer, cor, æs, uas uaſis, os oſſis & oris,
Rus, thus, ius, crus, pus. Et in al polyſyllaba, in arq;,
Vt capital, laquear. Neutrum halec, & muliebre.

DVBIA.

Sunt dubia hæc, python, ſcrobs, ſerpens, bubo, rudens, grus,
Perdix, linx, limax, ſtirps pro trunco, pedis & calx,
Adde dies, numero tantum mas eſto ſecundo

COMMVNIA.

Sunt commune parens, autor, infans, adoleſcens,
Dux, illex, hæres, exlex: a fronte creata,
Vt bifrons, cuſtos, bos, fur, ſus, atq; ſacerdos.

TERTIA & *ultima regula ſpecialis.*

Nomen creſcentis, penultima ſi genitiui
Sit grauis, ut ſanguis, genitiuo ſanguinis, eſt mas

HAEC contra penultimã genitiui grauãt. Cuius generis ſunt paucula quædã ſecũdæ inflexionis, uidelicet,

Socer, Gener, Puer, Adulter, ĕri, Compoſita a uir, Leuir, Triumuir, Decemuir, Centumuir, ĕri

Præſbiter, uox eccleſiaſtica.

a Gero { Armiger, Clauiger } ĕri, a Fero { Caducifer, Lucifer } ĕri

{ & adiectiua quędam } { Tener, Satur, } èri, ŭri,

In A ut { Poema, Dogma } ătis

In Yr ut Martyr ўris

In Vr ut { Augur, Murmur } ŭris

In T ut { Caput, Occiput } pitis

Præterea nonnulla in

O { Imago, Ordo } inis

Or { Arbor, Aeginor } ŏris

L ut { Hannibal, Conſul, Mugil } lis

as { Chilias, Anas } chiliădis, anătis

In en { Tibicen, Carmen } inis

Es { Fomes, Limes } itis

On { Canon, Dæmon } ŏnis

In is { Lapis, Pollis } idis, inis

Iubar

Ar { Iubar / Nectar } ăris Er { Puer / Anſer } { ĕri / ĕris }

S. prę cũte consonãte { Princeps / Hyems } { cipis / ĕmis } os { Cõpos / Impos } ŏtis

In Vs ut { Corpus / Vellus } { ŏris / ĕris } Ax { Abax / Storax } ăcis

Ex { Index / Vindex } icis Ix { Fornix / Calix } icis

Ox { Precox / Cappadox } ŏcis Vx { Coniux, / Redux, } { ŭgis / ŭcis }

FOEMININA.

Fœminei generis ſit hyperdiſſyllabon in do,
Quod dinis: atq; in go, quod dat ginis in genitiuo.
Id tibi dulcedo faciens dulcedinis, idq;
Monſtrat compago compaginis. Adijce uirgo,
Grando, fides, compes, teges & ſeges, arbor, hyemſq;,
Sic Bacchar, ſindon, gorgon, icon & amaſon.
Græcula in as uel in is finita, ut lampas, iaſpis,
Caßis, cuſpis: in us uox una pecus, pecudis dans.
His forfex, pellex, carex, ſimulatq; ſupellex,
Appendix, hiſtrix, coxendix, adde filixq;.

NEVTRA.

Eſt neutrale genus, ſignans rem non animatam
Nomen in a, ut problema: en, ut omen: ar, ut iubar: ur dans,
Vt iecur, us, ut onus: put, ut occiput. Attamen ex his
Maſcula ſunt pecten, furfur. Sunt neutra, cadauer,
Verber, iter, ſuber, pro fungo tuber, & uber,
Gingiber, & laſer, cicer, & piper, atq; papauer,
Et ſiſer, atq; ſiler. Neutra æquor, marmor, adorq;

Atq;

Atq; pecus, quando pecoris facit in genitiuo.

DVBIA.

Sunt dubij generis cardo, margo, cinis, obex,
Puluis, adeps, forceps, pumex, ramex, anas, imbrex,
Adde culix, natrix, & onyx cum prole, silexq;,
Quamuis hæc melius uult masculа dicier usus.

COMMVNIA.

Communis generis sunt ista, uigil, pugil, exul,
Præsul, homo, nemo, martyr, ligur, augur, & archas,
Antistes, miles, pedes, interpres, comes, hospes,
Sic ales, præses, princeps, auceps, eques, obses,
Atq; alia a uerbis, quæ nomina multa creantur,
Vt coniux, index, uindex, opifex, & aruspex.

REGVLA adiectiuorum generalis.

Adiectiua unam duntaxat habentia uocem,
Vt fœlix, audax, uoce est genus omne sub una.
Sub gemina si uoce cadant, uelut omnis & omne,
Vox commune duum prior est, uox altera neutrum.
At si tres uariant uoces, sacer, ut sacra, sacrum,
Vox prima est mas, altera fœmina, tertia neutrum.
At sunt quæ flexu prope substantiua uocatos,
Adiectiua tamen natura usuq; reperta,
Talia sunt pauper, puber, cum degener, uber,
Et dives, locuples, sospes, comes, atq; superstes,
Cum paucis alijs, quę lectio iusta docebit.
Hæc proprium quendam sibi flexum asciscere gaudent,
Campester, uolucer, celeber, celer, atq; saluber,
Iunge pedester, equester, & acer, iunge palustер,
Ac alacer syluester. At hęc tu sic uariabis
Hic celer, hęc celeris, neutro hoc celere. Aut aliter, sic
Hic atq; hæc celeris, rursum hoc celere est tibi neutrum.
Sunt quæ deficiunt genere, adiectiua notanda,
De quibus atq; alijs alibi tibi mentio fiet.

De

¶DE DECLINATIONE.

DEclinatio est uariatio dictionis per casus. Sunt autem declinationes numero quinq;.

PRIMA DECLINATIO.

Prima declinatio complectitur quatuor terminationes.

A, As, Es, E ut Mensa, Aeneas, Anchises, Penelope

Porro græca sunt omnia, quæ in

As, Es, E finiuntur. ut Thomas, Ioannes, Phebe

Sunt & qui huc addunt hebræa quædam in am, ut

Adam Adæ
Abraham, Abrahę, Quæ tamen melius ad latinorum formam redacta, ad hunc modum inflectas.
Adamus Adami
Abrahamus Abrahami

As accusatiuum in an facit, ut

Aeneas, Aenean uocatiuum in a, ut Aeneas, Aenea

Es accusatiuo en sumit, ut

Anchises, Anchisen uctō & ablтō euel a, ut Anchise, uel Anchisa

E genitiuum in es mittit, datiuum in e, accusatiuū in en, uocatiuum & ablatiuum in e, ut

Penelope, Penelopes, Penelope — Penelopen, Penelope, Penelope

Familias in genitiuo nominum latinorum interdum reperitur

De

peritur ad græcorum imitationem, ut

{Pater familias
{Filius familias &c. Id quod ueteres obſeruabãt in multis alijs. Ennius.

Dux ipſe uias. Liuius Andronicus
Mercurius, cumq; eo filius latonas. Sic Neuius
Filij terras, pro terræ. Vergilius.
Nec auras, nec ſonitus memor.

Aulaí & pictai, & id genus alia, priſcis relinquito.

Genitiuus pluralis interdum ſyncopen admittit, ut

{Aneadûm
{Graiugenûm pro {Aeneadarum
{Graiugenarũ

Hæc datiuos & ablatiuos plurales mittunt in abus.

{Dea
{Mula {Equa
{Liberta. Hæc tam in is q̃ abus.

{Filia
{Nata } is uel abus.

SECVNDA DECLINATIO.

Secundæ declinationis terminationes ſunt.

{Er
{Ir
{Vr ut {Aper
{Vs {Vir
{Vm {Satur
{Dominus
{Templum.

Et Græcorum. {Os
{On ut {Delos
{Eus {Ilion
{Orpheus

Attica in os genitiuum in o mittunt, accuſatiuũ in on, ut

Androgeos
Androgeo } accuſatiuo Androgeon.

Quędam greca cõtracta in us, uocatiuũ formant in u, ut,

Pan=

Panthus / Oedipus o Panthu / Oedipu

Notabis & latina quædam tam in us q̃ in e mittere uocatiuum singularem, ut,

Agnus / Vulgus / Lucus — Fluuius / Chorus / Populus, pro natione.

Eus, genitiuum format in ei uel eos, datiuum in ei, accusatiuum in ea, uocatiuũ in eu, ut

Orpheus / Orphei, uel orpheos / Orphei — Orphea. Ouidius Orpheon / Orpheu / Orpheo

Notandæ sunt deniq; syncopationes illæ.

Deûm / Virûm pro Deorum / Virorum

Item anomala illa in ambobus & duobus: ut & in ambo & duo, quas duas uoces poetæ etiam in accusatiuo masculino usurpant, Vergilius.

Si duo præterea tales Idea tutisset
Terra uiros. Horatius
Ne uos titillet gloria, iureiurãdo obstringã ambo.

TERTIA DECLINATIO.

Tertia declinatio admodum uaria est: cuius difficiliores dumtaxat casus hoc loco attingemus.

Quidam accusatiui flectuntur tantum in im, ut

Vim / Rauim / Tussim / Sitim — Maguderim / Amussim / Charibdim — ut & quidã fluuiorum accusatiui, ut

Tibrim / Ararim

Quędam accusatiuos flectunt in im & in em, ut

Buris	Turris
Peluis	Restis
Clauis	Febris
Securis	Nauis
Pũppis	Bipennis
Torquis	Aquilis

Ablatiuus regulariter in e desinit, ut

Pectus, Salus	ablto	Pectore, Salute

Propria nomina adiectiuis similia, ablatiuos in e mittũt ut

Fœlice	Martiale
Clemente	Iuuenale. &c.

At neutra desinentia in al, ar, & e, ablatiuum magna ex parte mittunt in i, ut

Vectigal, Calcar, Mare	ablto	Vectigali, Calcari, Mari

Ablatiuus rete a nominatiuo retis est, non a nominatiuo rete.

Par cum compositis tam e q̃ i habet, ut

Par, Compar	ablto	Pare, Compare uel i

Hæc tamen e retinent.

Far	Nectar
Hepar	Gausape
Iubar	Præsepe. Vt & hæc propria.
Soracte	
Preneste	
Reate	

Festorum nomina, quæ tantum pluralia sunt, genitiuum interdum in orum mittunt, ut

Agonalia, Vinalia	gto	Agonaliorum, Vinaliorum

In-

Interdum autem in ium, ut

Floralia, Feralia } gtō { Floralium, Feralium

Aliquando uero tam in orum q̄ ium, ut

Parentalia, Saturnalia } gtō { Parentaliorum, Saturnaliorum } uel iū

Datiuos uero & ablatiuos in bus, ut

{ Saturnalibus, Bacchanalibus

Preter quinquatrus, quod iuxta secundam declinationem format hos casus. Mensium nomina in er & is, ablatiuum, in i solum, mittunt, ut

September, Aprilis } ablto { Septembri, Aprili

Quorum accusatiuus in im tantum definit, ns ablatiuus exit in i, ut

Sitim, Tussim } ablto { Siti, Tussi

Adiectiua, quę nominatiuum in is uel er, & e neutrum faciunt, ablatiuum mittunt in i solum, ut

{ Fortis, Mollis, Dulcis } ablto { Forti, Molli, Dulci. Sic

{ Acer, Acris, Acre } ablto acri

Licet poetę interdum metri causa e pro i usurpent. Cętera adiectiua tam in e q̄ in i mittunt, ut

Capax, Duplex } ablto { Capace, Duplice } uel ci

Preter { Pauper, Degener, Vber } { Sospes, Hospes } Quę in e tantū faciunt ablatiuū.

Com-

Comparatiua etiam bifariam faciunt ablatiuum, ut

Melior, Doctior } abltō { Meliore, Doctiore } uel ri

Similiter & ſubſtantiua quędam, ut

{ Ignis, Amnis, Anguis, Supellex, Vnguis, Vectis } Abltō { Igne, Amne, Angue, Supellectile, Vngue, Vecte } uel i,

Rarius autem Ciuis — Abltō { Ciue uel ciui
Rarius etiam Arpinas — Abltō { Arpinate uel ti

Et ſic de cęteris id genus gentilibus. Deniq; ad eundē modum ablatiuos formant, quorum accuſatiui per em, & im fiunt, ut

{ Puppis, Nauis } abltō { Puppe, Naue } uel i

Et uerbalia item in trix, ut

{ Victrix, Altrix } abltō { Victrice, Altrice } uel ci

Neutra quorum ablatiuus ſingularis exit in i tantum, uel in e & i: nominatiuum pluralem mittunt in ia, ut

{ Molli, Duplice uel ci } { Mollia, Duplicia. Præter
{ Vbera, Plura uel pluria, Apluſtra uel apluſtria. Et comparatiua, ut
{ Meliora, Fortiora } { Doctiora, Priora

Ex ablatiuis in i tantum, uel in e & i, fit pluraliter genitiuus in ium, ut

{ Vtili, Puppe uel pi } { Vtilium, Puppium. Præter

Compa-

Comparatiua, ut

Maiorum
Meliorum. Item præter iſta

Supplicum, Complicum, Strigilum, Artificum, Vigilum
Veterum, Memorum, Pugilum, Inopum

At plus plurium format. Sunt & quæ ſyncopam aliquando admittunt, cuiuſmodi ſunt.

Sapientum, Serpentum pro Sapientium, Serpentium

Quando nominatiui ſingulares duabus conſonantibus enuntur, genitiui plurales exeunt in ium, ut

Pars, Vrbs, Falx, Glans, Trabs, Merx — Gtō — Partium, Vrbium, Falcium, Glandium, Trabium, Mercium. Excipe

Hyemum, Principum, Participum, Munificum
Forcipum, Inopum, Cœlibum

Vbi in nominatiuo & genitiuo ſingularibus reperiuntur pares ſyllabæ, genitiuus pluralis exit in ium, ut

Collis, Menſis, Auris — is — Gtō — Collium, Menſium, Aurium. Adde iſtis.

Litium, Ditium, Vitium
Salium, Manium, Penatium.

Excipe tamen

Canum

Canum, Panum, Vatum — Iuuenum, Opum, Apum. Adhæc

As, formar assium. Mas, marium. Vas, uadium. Nox, noctium. Nix, niuium. — Os, ossium. Faux, faucium. Mus, murium. Caro, carnium. Cor, cordium.

Alituum, ab ales assumit u. Boum anomalum est, ut etiam bobus uel bubus.

Quorum genitiui plurales desinunt in ium, accusatiuum formant per es & eis diphthongum, ut

Partium, Omnium — Partes, Omnes — uel eis

Græca pleraq; quando iuxta linguæ suæ morem uariantur, genitiuum mittunt in os, ut

Titan, Pan, Daphnis, Phyllis — Gitō — Titanos, Panos, Daphnidos, Phyllidos

Datiuum uero in i breue, ut

Titani, Pani — Daphnidi, Phyllidi

Accusatiuum in a, nisi sint neutri generis, ut

Pana, Phyllida — Amaryllida, Orphea

Is tamen & ys per os purum declinata in genitiuo, accusatiuum faciunt, s nominatiui mutatā in n, ut

Tethys, tethyos; Decapolis, lios; Genesis, ios; Metamorphosis, ios — Actō — Tethyn, Decapolin, Genesin, Metamorphosin

Sunt etiam quę tam in n q̄ a desinunt, ut

Paris

{Paris / Themis} actō {Parin / Themin} & {Parida / Themida}

agtis {Parios, & Paridos / Themyos, & Themydos}

Fœminina in o, genitiuum in us, & accusatiuum in o mittunt, ut

{Sappho, sapphus / Manto, mantus / Clio, clius} hanc {Sappho / Manto / Clio}

Vocatiuus nominatiuo magna ex parte similis est, in nonnullis tamen a nominatiuo abijcitur s, ut

Pallas, Pallantis	o	Palla
Theseus, Theseos		Theseu
Phyllis, Phyllidos		Phylli
Tethys, Tethyos		Tethy
Alexis, Alexios		Alexi
Achilles, Achilleos		Achille

Neutra singularia in a, græca sunt, ut problema, poema. Quę ueteres iuxta latinam quoq; formam declinabant, addita syllaba tum, ut hoc problematum, hoc poematum. Quorum datiui & ablatiui plurales adhuc in frequentiore usu sunt, ut problematis, poematis.

QVARTA DECLINATIO.

Quartæ declinationi nihil ferè difficultatis inest. Nam duas tantum sortitur terminationes in recto singulari, nempe

{Vs / V} ut {Manus / Genu}

V neutrorum est solum, atq; in singulari per omnes uagatur casus.

Veteres a nominatiuis

Anuus, Tumultus, Ornatus } dixerunt Anuis, Tumulti, Ornati } in genitiuo Terent.

Eius anuis causa. Idem. Nihil ornati, nihil tumulti, Datiuus ui habet, & interdum etiam u, ut

Fructui, Concubitui } rarius Fructu, Concubitu. Vergilius

Quod neque concubitu indulgent. Currûm autem pro curruum, synæresis est, ut & in aliis declinationibus fieri solet. Iesus in accusatiuo Iesum habet, in reliquis uero casibus ubiq; Iesu. Hæc datiuum & ablatiuũ pluralem in ubus formant.

Acus, Lacus, Artus, Acus, Tribus, Ficus } ubus

Specus, Quercus, Partus, Portus, Veru } ubus

Cætera omnia in ibus, ut

Fructibus, Fœtibus

Manibus, Motibus

QVINTA DECLINATIO.

Quinta declinatio genitiuum, datiuum, & ablatiuum pluralem in pauciioribus fortita est, quemadmodum infra in heteroclitis fusius tradetur.

Olim iuxta hanc declinationem flectebantur quędam nomina tertiæ inflexionis, ut plebes, plebei.

Genitiuus huis declinationis olim etiam in es, ῆ, & e exiit. Cicero. Equites uero daturos illius dies pœnas. Vergilius. Munera lętitiamq; dii. Salustius. Vix decima parte die reliqua.

De

Cæterum prẽter iſta quę iam diximus, notabis diligenter ea nomina, quę a grammaticis heteroclita dicũtur. Hæc partim uaria probatorum autorum lectione, partim a ſequentibus regulis diſcere licebit.

DE NOMINIBVS HETEROCLITIS.

Væ genus aut flexum uariant, quęcunq; nouato
Ritu deficiunt, ſuperantue, heteroclita ſunto

VARIANTIA.

Hæc genus ac partim flexum uariantia cernis:
Pergamus infelix urbs Troũ pergama gignit.
Quod, niſi plurali careat, facit ipſa ſupellex.
Singula fœmineis, neutris, pluralia gaudent.

Dat prior his numerus neutrum genus, alter utrumq;
Raſtrum cum freno, filum ſimulatq; capiſtrum.
Argos item, & cœlum, ſunt ſingula neutra, ſed audi
Maſcula duntaxat cœlos, uocitabis & argos.
Frena ſed & frenos, quo pacto & cętera formant.

Nundinum, & hinc epulum: quibus addito balneum. Et hæc ſunt
Neutra quidem primo, muliebria rite ſecundo.
Balnea plurali, Iuuenalem conſtat habere.

Hæc maribus dantur ſinglaria, plurima neutris.
Mænalus, atq; ſacer mons Dindimus, Iſmarus atq;
Tartara, Taygetus, ſic Tænara, maſſica, & altus
Gargarus. At numerus genus his dabit alter utrumq;
Sibilus atq; iocus, locus, & Campanus Auernus.

DEFECTIVA.

Quæ ſequitur, manca eſt numero caſuue propago.

Aptôta

Quæ nullum uariant casum, ut fas, nil, nihil, instar,
Multa & in u simul i, ut sunt hęc cornuq; genuq;.
Sic gummi, frugi, sic tempe, tot, quot, & omnes
A tribus ad centum numeros, aptôta uocabis.

Monoptôta.

Est q; monoptôton nomen cui uox cadit una
Ceu noctu, natu, iussu, iniussu, simul astu,
Promptu, permissu. Plurali legimus astus.
Legimus inficias: nam uox ea sola reperta est.

Diptôta.

Sunt diptôta quibus duplex flexura remansit,
Vt fors forte dabit sexto, sponis quoq; sponte.
Sic plus pluris habet, repetundarum repetundis.
Iugeris, & sexto dat iugere. Verberis autem
Verbere. Suppetiæ quarto quoq; suppetias dant.
Tantundem dat tantidem. Simul impetis hoc dat
Impete. Iunge uicem sexto uice, nec lego plura.
Verberis atq; uicem, sic plus, cum iugere cunctos
Quatuor hæc numero casus tenuere secundo.

Triptôta.

Treis quibus inflectis casus, Triptôta uocantur,
Vt precis atq; precem, petit & prece blandus amicam.
Sic opis est nostræ, fer opem, legis, atq; ope dignus.
At tantum recto frugis caret, & ditionis.
Integra uox uis est, nisi desit forte datiuus.
Omnibus his mutilus numerus prior, integer alter.

Quę referunt, ut qui: quæ percontantur, ut ecquis,
Et quæ distribuunt, ut nullus, neuter & omnis,
Infinita solent his iungi, ut quilibet, alter,
Quinto hæc sæpe carent casu, & pronomina, præter

Quæ

Quatuor hęc infra, noſter, noſtras, meus & tu.
Propria cuncta notes, quibus eſt natura coërcens.
Plurima ne fuerint, ut Mars, Cato, Gallia, Roma,
Ida, Tagus, Lelaps, Pernaſus, Bucephaluſq;
His frumenta dabis, penſa, herbas, uda, metalla.
In quibus, autorum quæ ſint placita, ipſe requiras.
Eſt ubi pluralem retinent hæc, eſt ubi nolunt.

Ordea farra forum, mel, mulſum, defruta, thuſq;
Tres tantum ſimiles uoces pluralia ſeruant.

Heſperus & ueſper, pontus, limusq; fimusq;,
Sic penus & ſanguis, ſic æther, nemo, ſed iſta
Maſcula ſunt, numerum uix excedentia primum.

Singula fœminei generis, pluralia raro.
Pubes, atq; ſalus: ſic talio, cum indole tuſſis.
Pix, humus, atq; lues, ſitis & fuga, iunge quietem.
Sic cholera atq; fames, biliſq; ſenecta iuuentus.
Sed tamen hæc, ſoboles, labes, ut & omnia quintæ,
Treis ſimiles caſus plurali ſępe tenebunt.
Excipe res, ſpecies, facies, acies q̄, dies q̄,
Quas uoces numero totas licet eſſe ſecundo.
Iſtis multa ſolent muliebria nectere, ut hæc ſunt,
Stultitia, inuidia, & ſapientia, deſidia atq;
Id genus innumerę uoces, quas lectio præbet,
Quam tibi prefixam, ceu certum collige filum.
Rarius his numerum quandoq; ſed adde ſecundum.

Nec licet his neutris, numerum deferre ſecundum.
Delicium, ſenium, letum, canumq;, ſalumq;,
Sic barathrum, uirus, uitrum, uiſcumq; penumq;,
Iuſtitium, nihilum, uer, uas, gluten, ſimul halec,
Adde genu, ſolium, iubar hic ac talia pone,

Quę

Quæ tibi, ſi obſerues, occurrent multa legenti.

Maſcula ſunt tantum numero contenta ſecundo,
Manes, maiores, cancelli, liberi, & antes,
Menſes profluuium, lemures, faſti, atq; minores,
Cum genus aſſignant natales, adde penates,
Et loca plurali, quales Gabiq;, Locriq;,
Et quæcunq; legas paſſim ſimilis rationis.

Hæc ſunt fœminei generis, numeriq; ſecundi,
Exuuiæ, phaleræ, grates q;, manubiæ, & idus,
Antiæ, & induciæ, ſimul inſidiæ q;, minæ q;,
Excubiæ, nonæ, nugæ, tricæ q;, calendæ,
Quiſquiliæ, thermæ, cunæ, diræ, exequiæ q;,
Feriæ, & inferiæ, ſic primitiæ q;, plagæ q;
Retia ſignantes, ut ualuæ, diuitiæ q;,
Nuptiæ, item & lactes. Addantur Thebæ, & Athenæ,
Quod genus inuenias & nomina plura locorum.

Rarius hæc primo, plurali neutra leguntur:
Mœnia cum teſquis, præcordia, luſtra ferarum,
Arma, mapalia ſic bellaria, munia, caſtra.
Funus iuſta petit, petit & ſponſalia uirgo.
Roſtra diſertus amat, pueri q; crepundia geſtant,
Infantes q; colunt cunabula, conſulit exta
Augur, & abſoluens ſuperis effata recantat.
Feſta deùm poterunt, ceu bacchanalia iungi.
Quod ſi plura leges, licet hac quoq; claſſe reponas.

REDVNDANTIA.

Hæc quaſi luxuriant, uarias imitantia formas.
Nam genus & uocem uariant, tonitrus tonitrui.
Sic clypeus clypeum, baculus baculum atq; bacillum.

Senſus,

Senſus & hoc ſenſum, tignus tignumq;. Tapetum
Atq; tapete tapes, punctus punctumq;, Sinapi,
Quod genus immutans fertur ſcelerata ſinapis.
Sinus & hoc ſinum uas lactis, mendaq; mendum.
Viſcus & hoc uiſcum, ſic cornu & flexile cornum,
At Lucanus ait, Cornus tibi cura ſiniſtri.
Euentus ſimul euentum. Sed quid moror iſtis?
Milia doctorum tibi lectio talia præbet.

Sed tibi præterea quædam ſunt græca notanda.
Quæ quarto caſu fœtum peperere latinum.
Nam panther panthera creat, crateraq; crater,
Caſſida caſſis habet, ſed & æther æthera fundit.
Hinc cratera uenit, uenit æthera, ſic caput ipſum
Caſſida magna tegit, nec uult panthera domari.

Vertitur his rectus, ſenſus manet & genus unum.
Gibbus & hic gibber, cucumis cucumer, ſtipis & ſtips.
Sic cinis atq; ciner, uomis uomer, ſcobis & ſcobs.
Puluis item puluer, pubis puber. Quibus addes
Quę pariunt or & os, honor, & labor, arbor, odorq;,
His & apes & apis, plebs plebes. Sunt quoq; multa
Accepta a Græcis, geminam referentia formam,
Vt delphin delphinus, & hic elephas elephantus.
Sic congrus conger, meleagrus ſic meleager,
Teucrus item teucer. Dabis huc & cętera cuncta,
Quæ tibi par ratio dederint & lectio caſta.

Hęc ſimul & quarti flexus ſunt atq; ſecundi.
Laurus enim lauri facit & laurus genitiuo.
Sic quercus, pinus, pro fructu & arbore ficus.
His colus atq; penus, cornus quando arbor habetur.
Sic lacus, atq; domus, licet hęc nec ubiq; recurrat.
His quoq; plura leges, quę priſcis iure relinquas.

Et quę luxuriant ſunt adiectiua notanda
Multa. Sed in primis quot & hæc tibi nomina fundunt,
Arma, iugum, neruus, ſomnus, cliuusq;, animusq;,
Et quot limus habet, quot frenum, & cera, bacillum,
A quibus us ſimul is formes, ut inermus inermis.
Ratior eſt hilarus, uox eſt hilaris bene nota.

DE COMPARATIONE NOMINVM.

COmparantur nomina, quorum ſignificatio augeri minuiue poteſt.

Gradus comparationis ſunt tres.

Poſitiuus, qui rem ſine exceſſu ſignificat, ut

{Albus / Niger} {Probus / Improbus}

Comparatiuus, qui ſignificationem ſui poſitiui, per aduerbium magis auget, ut

{Albior / Probior} id eſt {Magis albus / Magis probus}

Fit autem regulariter a primo poſitiui caſu in i, addita ſyllaba or, ut

ab {Amici / Pudici} fit {Amicior / Pudicior}

Superlatiuus, qui ſupra poſitiuum cum aduerbio ualde ſignificat, ut

{Doctiſſimus / Iuſtiſſimus} id eſt {Valde doctus / Valde iuſtus}

Fit autem regulariter a primo poſitiui caſu in i, adiectis ſſ & ſimus, ut

a {Candidi / Prudenti} fit {Candidiſſimus / Prudentiſſimus}

Quę uero in r deſinunt, adiecto rimus ſuperlatiuum for-

formant, ut

Pulcher	Pulcherrimus
Niger	Nigerrimus

Excipiuntur { Dextimus, Maturrimus siue Maturrissimus } a { Dexter, ab antiquo Matur }

Sex ista in lis superlatiuum formant in limus, nempe

Facilis	Facillimus
Docilis	Docillimus
Agilis	Agillimus
Gracilis	Gracillimus
Humilis	Humillimus
Similis	Simillimus

Quę deriuantur a { Dico, Loquor } { Volo, Facio, } Ad hũc modum comparantur,

Maledicus	a dico	Magniloquus	a loqr
Maledicentior		Magniloquentior	
Maledicẽtissim⁹		Magniloquẽtissim⁹	
Beneuolus	a uolo	Magnificus	a facio
Beneuolentior		Magnificentior	
Beneuolẽtissim⁹		Magnificẽtissim⁹	

Quoties uocalis prędedit us finale, comparatio fit per aduerbia magis & maxime, ut

Idoneus	Arduus
Magis idoneus	Magis arduus
Maxime idoneus	Maxime arduus

Interim acre iudicium adhibendum est, ut quę in legendis autoribus raro occurrunt, raro itidem usurpentur. Cuiusmodi sunt, quę sequuntur.

Assiduior	Egregiissimus
Strenuior	Mirificissimus
Pientissimus uel	Ipsissimus

Prissimus — Exiguissimus apud Ouidiũ.
Perpetuissimus — Multissimꝰ apud Ciceronẽ.

Comparatio anomala.

Bonus, Melior, Optimus
Malus, Peior, Pessimus
Magnus, Maior, Maximus
Paruus, Minor, Minimus

Multus, plurimus; Multa, plurima; Multum, plus, plurimũ
Vetus, Veterior, Veterrimꝰ
Deterior, Deterrimus, ab ātiq̃ deter

Nequãm, Nequior, Nequissimꝰ
Citra, Citerior, Citimus
Intra, Interior, Intimus
Infra, Inferior, Infimus

Extra, Exterior, Extimus uel Extremus
Supra, Superior, Supremus uel Sũmus.
Post, Posterior, Postremus
Vltra, Vlterior, Vltimus

Prope, Propior, Proximus, a quo Proximior
Pridem, Prior, Primus
Diu, Diutior, Diutissimus
Sæpe, Sæpius, Sæpissime

Comparatio defectiua.

Inclytus, Inclytissimꝰ
Meritus, Meritissimꝰ
Opimus, Opimior
Sinister, Sinisterior

Ocyor, Ocyssimus, ab ὠκὺς
Nouus, Nouissimus
Iuuenis, Iunior

Adolescens, Adolescentior
Senex, Senior
Potior, Potissimus
Ante, Anterior

Longinquus, Longinquior
Nuper, Nuperrimus
Pene, Penissimus

In-

Interdum etiam a ſubſtantiuis fit comparatio, ſed abuſiue, ut

Neronior, Cynędior, Punior — a — Nerone, Cynędo, Pœno

DE PRONOMINE

PRONOMEN eſt pars orationis, qua, in demõſtranda, aut repetenda re aliqua, utimur.

Pronomina ſunt quindecim.

Ego, Tu, Sui, Ille, Ipſe, Iſte, Hic, Is — Meus, Tuus, Suus, Noſter, Veſter, Noſtras, Veſtras

Quibus addi poſſunt & illorum compoſita, ut

Egomet, Tute, Idem & ſimilia — Vt etiam, Qui, Quæ, Quod

DE ACCIDENTIBVS PRONOMINI.

Accidunt pronomini,

Species, Numerus, Caſus, Genus — Declinatio, Perſona, Figura

DE SPECIE PRONOMINVM.

Species pronominum eſt duplex.

Primitiua
Deriuatiua

Ad primitiuum ſpectant iſta.

Ego Tu Sũi — Ille Ipſe Ille — Hic Is

Ex primitiuis alia ſunt,

Demonſtratiua, alia
Relatiua.

Demõſtratiua dicuntur eadem, quę & primitiua nimirũ.

Ego Tu Sui — Ille Ipſe Ille — Hic Is

Relatiua autem ſunt

Ille Ipſe — Hic Is — Idem Qui

Deriuatiua ſunt,

Meus Tuus Suus — Noſter Veſter — Noſtras Veſtras

Deriuatiuorum alia ſunt,

Poſſeſsiua, alia
Gentilia.

Poſſeſsiua ſunt Meus Tuus Suus — Noſter Veſter

Gentilia dicuntur, quod gentem & nationem, uel partes & ſectas ſignificent, ut

Noſtras Veſtras — & Cuias nomen.

DE NVMERO.

Numerus pronominum duplex eſt,

Sin-

{Singularis / Pluralis} ut {Ego / Nos}

DE CASV.

Casus autem sunt sex quemadmodum in nomine. Vocatiuo carent omnia pnomina, prẽter hęc quatuor

{Tu / Meus} {Noster, / Nostras}

DE GENERE.

Genera sunt in pronominibus perinde ut in adiectiuis nominum. Nam per tria genera uariantur pronomina.

DE DECLINATIONE.

Declinationes pronominum sunt quatuor. Genitiuus autem primę declinationis exit in i, ut,

{Ego / Tu} Gtõ {Mei / Tui} {Et sui, quod recto caret in utroq; numero.}

Genitiuus secũdę desinit in ius uel ius. Cuius formę sũt,

{Ille, Ipse, Iste, Hic, Is, Qui} Gtõ {Illius, Ipsius, Istius, Huius, Eius, Cuius.}

Genitiuus quartę declinationis exit in i, æ, i, Cuius sortis sunt,

{Meus, mea, meum, / Tuus, tua, tuum, / Suus, sua, suum, / Noster, nostra, strũ, / Vester, uestra, strũ,} Gtõ {Mei, meæ, mei, / Tui, tuæ, tui, / Sui, suæ, sui, / Nostri, nostrę, nostri, / Vestri, uestræ, uestri.}

Genitiuus quartæ habet atis, ex quo ordine sunt.

{Noſtras / Veſtras / Cuias} Gtō {Noſtratis / Veſtratis / Cuiatis}

DE PERSONA.

Perſonæ pronominum ſunt tres.

{Prima / Secunda / Tertia} ut {Ego / Tu}

DE

Figura eſt duplex.

{Simplex / Compoſita}

Pronomina inter ſe cō

{Egoipſe / Tuipſe}

Ntō {Iſtic / Iſtęc / Iſtoc uel / Iſtuc.} Aē

Plur. {Ntō & / Actō} Iſtæc

Cōponūturetiā cū nom

{Cuiuſmodi / Huiuſmodi}

Componuntur & cum præpoſitionibus, ut,

{Mecum / Tecum / Secum} {Nobiſcum / Vobiſcum} {Quicum / Quibuſcum}

Componuntur itidem & cum aduerbijs, ut

{Eccum / Eccam / Eccos / Eccas} ab ecce {Ellum / Ellam / Ellos / Ellas} ab ecce. Idem quoq; ab is & demū.

ab is

Cum coniunctione quoq; componuntur, ut

Ntō	Hiccine	Actō	Huncccine	Abtō	Hoccine
	Hæccine		Hanccine		Haccine
	Hoccine		Hoccine		Hoccine

Plur. Hæccine, neutrum.

Componuntur deniq; cum syllabicis adiectionibus, ut

Met Ce

onæ, ut
iimet
net
ie putetur esse uer

NATION ERROR

net
ſmet, &c.
ute
ete
inum.

, ut

Pte apponitur ablatiuis,

Mea	ut	Meapte
Tua		Tuapte
Sua		Suapte
Noſtra		Noſtrapte
Veſtra		Veſtrapte

Interdum maſculinis & neutris adnexi solet, ut

Meopte Marte Suopte iumento
Tuopte labore Noſtropte damno. &c

Quis

Nostras, Vestras, Cuias — Gtō — Nostratis, Vestratis, Cuiatis

DE PERSONA.

Personæ pronominum sunt tres.

Prima, Secunda, Tertia — ut — Ego, Tu, Ille

DE FIGVRA.

Figura est duplex.

Simplex, Composita — ut — Ego, Egomet

Pronomina inter se componuntur, ut

Egoipse, Tuipse — Sunpsius, Menpsius

Ntō: Istic, Istęc, Istoc uel, Istuc. — Actō: Istunc, Istanc, Istoc uel, Istuc — Abltō: Istoc, Istac, Istoc

Plur. Ntō & Actō Istæ. Sic & Illic, Illæc, Illoc declinatur.

Cōponūturetiā cū nominib⁹, ut Cuiusmodi, Huiusmodi — Istiusmodi, Illiusmodi

Componuntur & cum præpositionibus, ut,

Mecum, Tecum, Secum — Nobiscum, Vobiscum — Quicum, Quibuscum

Componuntur itidem & cum aduerbijs, ut

Eccum, Eccam, Eccos, Eccas ab ecce — Ellum, Ellam, Ellos, Ellas ab ecce. Idem quoq; ab is & demū.

ab is

Cum coniunctione quoq; componuntur, ut

Ntō	Hiccine	Actō	Huncccine	Abtō	Hoccine
	Hæccine		Hancccine		Haccine
	Hoccine		Hoccine		Hoccine

Plur. Hæccine, neutrum.

Componuntur deniq; cum ſyllabicis adiectionibus, ut

Met	Ce
Te	Pte

Met adiicitur primæ & ſecundæ perſonæ, ut

Egomet	Mihimet
Meimet	Memet

Tumet autem in recto non dicimus, ne putetur eſſe uerbum a tumeo : Sed

Tuimet	Temet
Tibimet	Voſmet. &c.

Te adiicitur iſtis Tu, & Te ut Tute Tete

Ce adiicitur obliquis horum pronominum.

Hic
Ille
Iſte quoties in s deſinunt, ut

Huiuſce	Hoſce
Illiuſce	Illoſce
Iſtiuſce	Iſtoſce

Pte apponitur ablatiuis,

Mea	Meapte
Tua	Tuapte
Sua ut	Suapte
Noſtra	Noſtrapte
Veſtra	Veſtrapte

Interdum maſculinis & neutris adiici ſolet, ut

Meopte Marte	Suopte iumento
Tuopte labore	Noſtropte damno. &c

Quis

Quis & qui ad hunc modum componuntur.

Quis in compositione hisce particulis postponitur.

En	ut	Ecquis
Ne		Nequis
Alius		Aliquis
Num		Nunquis
Si		Siquis

Et hæc tam in fœminino singulari, q̃ in neutro plurali,

Qua habent, non quę, ut { Siqua mulier. / Nequa flagitia. &c.

His autem particulis præponitur quis in compositione

Nam	ut	Quisnam
Piam		Quispiam
Putas		Quisputas
Quam		Quisquam
Que		Quisque.

Et hæc ubiq; pręterq̃ in ablatiuo singulari,

Quę habent non qua. ut { Quęnam doctrina / Negotia quępiam.

Quis quoq; secum componitur, ut quisquis, quod & in hunc modum uariatur.

Ntõ { Quisquis / Quicquid } Actõ { Quicquid } Abltõ { Quoquo / Quaqua / Quoquo }

Qui in compositione pręponitur his particulis.

Dam	ut	Quidam
Vis		Quiuis
Libet		Quilibet
Cunq;		Quicunq;.

Et hęc ubiq;, pręterq̃ in ablatiuo singulari,

Quę retinent non qua, ut { Quędam puella / Quęcunq; facinora

De

DE VERBO.

VERBVM est pars orationis, quæ modis & temporibus inflexa, esse aliquid, agereue, aut pati significat,

ut { Sum / Moueo / Mouеor

Verbum diuiditur in primis in

{ Personale, / Impersonale } ut { Docco / Oportet

Personale est, quod certis personis distinguitur, ut

{ Ego lego / Tu legis } { Hic legit / Illi legunt

Contra, impersonale dicitur, quod personis non distinguitur, ut

{ Pœnitet / Tædet } { Miseret / Oportet

DE ACCIDENTIBVS VERBO.

Verbo quidem accidunt ista

{ Genus / Modus / Tempus / Figura } { Species / Persona / Numerus / Coniugatio.

DE GENERE.

Quinq; sunt uerborũ genera { Actiuum / Passiuum / Neutrum } { Deponens / Commune

ACTIVVM.

Actiuum est, quod in o finitum, passiuum in or formare potest, ut

Doceo	Doceor
Lego	Legor

PASSIVVM.

Passiuum est, quod in or finitum, actiuam formam r dempto resumere potest, ut

Amor	Amo
Afficior	Afficio

NEVTRVM.

Neutrum est, quod in o uel m finitum, nec actiuam nec passiuam formam integre induere potest, ut

Curro	Iaceo
Ambulo	Sum

Neutrorum tria sunt genera. Nam aliud substantiuum dicitur, ut

Sum	Est
Es	Sumus. &c.

Aliud absolutum, sic dictum, quod sensum per se absoluat. Atq; hoc rursus duplex est. Nam alterum actionem completam in ipso uerbo significat, ut

Ambulo	Pluit
Dormio	Ningit

Alterum uero passionem in ipso completam indicat, ut

Palleo	Albesco
Rubeo	Nigresco

Est preterea & aliud, quod in actionem cognatæ significationis transit, ac tertiam personam passiuæ uocis usurpat, ut

Bibo uinum	Vinum bibitur
Curro stadium	Stadium curritur
Viuo uitam	Vita uiuitur

Sunt deniq;, que simplicia quidem neutra sunt, compo-

sita

ſita uero actiua, ut

Eo	Adeo
Venio	Aduenio
Mingo	Commingo

DEPONENS.

Deponens, quod or finitum, uel actiui ſignificationē habet, ut loquor, uel neutri, ut philoſophor.

COMMVNE.

Commune, quod or finitum, tam actiuam quam paſſiuam ſignificationem obtinet, ut

Veneror	Oſculor	Interpretor
Criminor	Adulor	Amplector
Conſolor	Fruſtror	Meditor
Stipulor	Dignor	Experior
Speculor	Teſtor	Ementior.

Multaq; id genus alia, quę paſsī apud ueteres reperias.

DE MODO.

Modi uerborum ſex enumerantur.

Indicatiuus, qui ſimpliciter aliquid fieri aut non fieri definit, ut Probitas laudatur & alget. Hic modus aliquando per interrogationem, aliquando per dubitationem uſurpatur, ut Quis leget hæc? An in aſtu uenit aliud ex alio malum?

Imperatiuus, quo imperando utimur. Hic modus futurum non habet, ſed preſens duplex, ut apud Propertium.

Aut ſi es dura, nega: ſin es non dura, uenito. Verg.

Tityre dum redeo, breuis eſt uia, paſce capellas.

Et potum paſtas age Tityre, & inter agendum

Occurſare capro (cornu ferit ille) caueto.

Præteritum autem a ſubiunctiuo mutuatur. Cicero. Sed amabo te, nihil incommodo ualetudinis tuæ feceris.

Martialis.

Dic quotus es, quanti cupias cœnare, nec ullum
Addideris uerbum: cœna parata tibi eſt.

Quin & illa paſsiua { Præceptum ſit / Dictum ſit / Determinatum ſit, } Præteriti imperatiui eſſe fatetur Priſcianus. Hic modus etiam permiſsiuus dicitur, quod interdū per hunc permiſsio ſignificetur, ut apud Vergilium.

Si ſine pace tua, atq; inuito numine Troes
Italiam petiere, luant peccata, nec illos
Iuueris auxilio.

Deniq; aliquando etiam ſuppoſitiuus aut hortatiuus appellatur, ut Eamus, & in media arma ruamus.

Optatiuus, quo optamus fieri rē aliquā, nec refert, factaue ſit, an fiat, an ſit facienda, ut Vtinam bonis literis, ſuus detur honos.

Modus optatiuus, potentialis, & ſubiunctiuus, quinq; ſeparata ijſdem uocibus tempora habere uidentur, ut eſt autor Linacrus.

Præterea notandū eſt præſens huius modi, aſſumere quā doq; ſignificationem futuri, ut Vtinam aliquando tecū loquar.

Potentialis, quo poſſe, uelle, aut debere fieri aliquid ſignificamus, ut

Expectes eadem a ſummo minimoq; poeta. pro potes expectare. Non expectes, ut ſtatim gratia agat, qui ſatiatur inuitus. pro, Non debes expectare.

Quis enim rem tam ueterem, pro certo affirmet? pro uult affirmare?

Græci

Græci hunc modum nunc per indicatiuũ, nunc per optatiuum modum, & particulam ἄν exprimunt.

Subiunctiuus, qui niſi alteri ſubnciatur orationi, per ſe ſententiam non abſoluit, ut

Si fueris fœlix, multos numerabis amicos,
Tempora ſi fuerint nubila, ſolus eris.

Infinitiuus, qui agere quidem aut pati ſignificat, ac citra certam numeri & perſonę differentiam, ut Malim probus eſſe, q̃ haberi.

DE TEMPORE.

Tempora ſunt quinq;.

Præſens, quo actio nunc geri ſignificatur, ut Scribo.

Imperfectum, quo prius quidem aliquid agi ſignificatur, non tamen abſolutam eſſe actionem. Verg.

Hic templum Iunoni ingens, Sydonia Dido
Condebat. Erat enim adhuc in opere.

Perfectum, quo præterita abſolutaq; ſignificatur actio. Hoc in paſsiuis, deponentibus, & communibus duplex eſt, & ob id duplici circuitione explicatum. Alterum, quo proxime præteritum exprimitur, ut Prãſus ſum: alterum, quo ulterius præteritum indicatur, ut Pranſus fui. Non enim ſi modo pranſus ſis, pranſus fui commode dixeris.

Pluſquãmperfectum, quo actio iam olim præterita ſignificatur.

Futurũ, quo res in futuro gerenda ſignificatur. Hoc promiſsiuus modus a nonnullis uocatur, quod uideatur aliquid promittere, aut uelle facere. Ouid.

Ibimus o Nymphæ, monſtrataq; ſaxa petemus.

Huis aliud genus eſt, quod exactum uocant, ut uidero, abiero. Terent. Si te æquo animo ferre accipiet, ne-

gligentem feceris. Quod quidem exactũ futurum e am in ſubiunctiuo modo reperitur. Plin. Ero ſecuri dum legam, ſtatimq; timebo, quum legero.

DE FIGVRA.

Figura eſt duplex { Simplex / Compoſita } ut facio / calefacio

Verba compoſita quorum ſimplicia exoleuerunt, ſunt

{ Defendo / Offendo } { Aſpicio / Cõſpicio. &c. } { Experior / Comperior }

{ Expedio / Impedio } { Deleo / Imbuo } { Compello / Appello } { Incendo / Accendo }

{ Ingruo / Congruo } { Inſtigo / Inſtigo } { Impleo / Compleo } & id genus alia.

Quędã etiã uidẽtur a grẽcis nata, ut { Impleo a πλῶ / procello a κελλω }

DE SPECIE.

Species eſt duplex.

Primitiua, quæ eſt prima uerbi poſitio, ut ferueo,

Deriuatiua quæ a primitiua deducitur, ut ferueſco.

Deriuatiuæ genera ſunt quinq;.

Inchoatiua, quæ Valla meditatiua & augmentatiua appellat, in ſco deſinunt, ut labaſco, caleſco, ingemiſco, edormiſco.

Hæc aut inchoationem ſignificant, ut luceſcit .i. incipit lucere, aut certe gliſcere & intendi, ut apud Vergilium.

Explere mentem nequit, ardeſcit q; tuendo.

Ex his pleraq; pro thematibus primarijs, uſurpantur, ut Timeſco, hiſco, conticeſco .i. timeo, hio, taceo.

Frequentatiua deſinunt in to, ſo, xo, aut tor, ut

Viſito

{Visito / Affecto / Scriptito} {Pulso / Viso / Quasso} {Nexo / Texo / Vexo} {Sector / Scitor / Scisitor}

Signi cant autem uel assiduitatem quandam uel conatum, ut dicito. i. frequenter dico, uiso. i. eo ad uidendũ Huc pertinent & illa, uellico, fodico, albico, & similia id genus, quæ a grammaticis etiam apparatiua appellari solent.

Desideratiua finiũt in rio, ut lecturio, parturio, esurio, cœnaturio. Hæc ad significationem suorũ primitiuorũ, studiũ atq; appetentiam quandam adñciunt.

Diminutiua in lo uel sso exeunt, ut sorbillo, cantillo, pitisso. i. parum ac modice sorbeo, canto, bibo.

Imitatiua sunt quæ imitationem significãt, ut patrisso, atticisso, platonisso. At latini hac forma non adeo delectati sunt. Vnde pro Græcisso, græcor usi sunt, ut cornicor à cornice, uulpinor à uulpe, Bacchor à Baccho.

DE PERSONA.

Tres sunt uerbi personæ. {Prima / Secunda / Tertia} ut {Lego / Legis / Legit}

DE NVMERO.

Numeri sunt item duo {Singularis / Pluralis} ut {Lego / Legimꝰ}

DE CONIVGATIONE.

Quandoquidem de coniugandorũ uerborum ratione in rudimentis Anglicis traditũ est, quę pueri tanquã ungues suos exactissime callere debẽt: proximũ fuerit, uæ hæ Guilelmi Lilij de præteritis & supinis regulæ, lucidissimę quidẽ illę nec sane minꝰ utiles, auide imbibãtur.

De

DE SIMPLICIVM VERBORVM PRAETERITIS.

PRIMA CONIVGATIO.

S IN præsenti perfectum format in aui,
Vt no, nas, naui, nocito, nocitas, nocitaui,
Deme, lauo, laui, iuuo, iuui, nexoque nexui.
Et seco, quod secui, neco, quod necui, mico uerbũ
Quod micui, plico quod plicui, frico quod fricui dat
Sic domo, quod domui, tono quod tonui, sono uerbum,
Quod sonui, crepo, quod crepui, uetо quod uetui dat.
Atq; cubo cubui. Raro hęc formantur in aui.
Do das rite dedi, sto stas formare steti uult.

SECVNDA CONIVGATIO.

S IN præsenti, perfectum format ui dans,
Vt nigreo nigres nigrui, iubeo excipe iussi.
Sorbeo sorbui habet, sorpsi quoq;. Mulceo mulsi.
Luceo uult luxi, sedeo sedi, uideoq;
Vult uidi, sed prandeo prandi, strideo stridi.
Quatuor his infra geminatur syllaba prima.
Pendeo nanq; pependi, mordeo uultq; momordi,
Spondeo habere spopondi, tondeo uultq; totondi,
Suadeo: suasi, rideo, risi, habet ardeo & arsi.
L uel r ante geo si stet, geo uertitur in si,
Vrgeo ut ursi, mulgeo mulsi dat quoq; mulxi.
Frigeo frixi, lugeo luxi, habet augeo & auxi.
Dat fleo fles fleui, leo les leui, indeq; natum
Deleo deleui, pleo ples pleui, neo neui.
A maneo manси formatur, torqueo, torsi.
Hæreo uult hæsi. Veo fit ui, ut ferueo ferui.

Niueo,

Niueo, & inde ſatum poſcit conniueo niui,
Et nixi. Iunge his cieo ciui, uieoq; uieui,

TERTIA CONIVGATIO.

TERTIA præteritum formabit. ut hic manifeſtum.

Bo fit bi, ut lambo lambi. Scribo excipe ſcripſi. BO
Et nubo nupſi, antiquum cumbo cubui dat.

Co fit ci, ut uinco uici, uult parco peperci, CO
Et parſi. Dico dixi, Duco quoq; duxi.

Do fit di. ut mando mandi. ſed ſcindo ſcidi dat. DO
Findo fidi ſundo fudi, tundo tutudiq;,
Pendo pependi, tendo, tetendi. pedo pepedi.
Iunge cado cecidi & pro uerbero cedo cecidi.
Cedo pro diſcedere, ſiue locum dare, ceſſi.
Vado, rado, lædo ludo diuido, trudo,
Claudo, plaudo rodo: ex do ſemper faciunt ſi.

Co fit xi, ut iungo iunxi. ſed r ante go uult ſi, GO
Vt ſpargo ſparſi lego legi, & ago facit egi.
Dic tango tetigi, pungo punxi, pupugiq;.
Dat frango fregi, quum ſignat pango paciſci,
Vult pepigi pro iungo pegi, pro cano panxi.

Ho fit xi. traho ceu traxi docet, & ueho uexi. HO

Lo fit ui, colo ceu colui. Pſallo excipe cum p,
Et ſallo ſine p nam ſalli format utrunq;.
Dat uello uelli, uulſi quoq; : fallo fefelli.
Cello pro frango ceculi, pello pepuliq;.

Mo fit ui, uomo ceu uomui. ſed emo facit emi. MO
Como petit compſi promo prompſi. Adijce demo,
Quod format dempſi, ſumo ſumpſi premo preſſi.

No fit ui, ſino ceu ſiui. Temno excipe tempſi. NO
Dat ſterno ſtraui ſperno ſpreui lino leui.
Interdum lini & liui. Cerno quoq; creui.

Gigno, pono, cano, genui, posui, cecini dant.

PO Po fit psi, ut scalpo, scalpsi. Rumpo excipe rupi.

Et strepo, quod format strepui, crepo quod crepui dat.

Quo fit qui, ut linquo liqui: coquo demito coxi.

RO Ro, fit ui, sero ceu pro planto & semino seui,

Quod serui melius dat, mutans significatum.

Vult uerro uerri & uersi, uro ussi, gero gessi,

Quæro quæsiui, tero triui, curro cucurri.

SO So, uelut: accerso, arcesso, incesso, atq; lacesso,

Formabit siui. Sed tolle capesso capessi,

Quodq; capessiui facit, atque facesso facessi.

Sic uiso uisi Sed pinso pinsui habebit.

SCO Sco fit ui, ut pasco paui, uult posco, popposci.

Vult didici disco, quexi formare quiniscо.

TO To fit ti, ut uerto uerti. Sed sisto notetur.

Pro facio stare actiuum, nam iure stiti dat.

CTO Sterto stertui habet, meto messui. Ab ecto fit exi,

Vt flecto flexi, pecto dat pexui, habetque

Pexi. Etiam necto dat nexui, habet quoque nexi.

Dat mitto misi, petij peto siue petiui.

VO Vo fit ui, ut uoluo uolui, uiuo excipe uixi.

XO Nexo ut nexui habet, sic texo texui habebit.

CIO Fit cio ci, ut facio feci, iacio quoque icci.

Antiquum lacio lexi, specio quoque spexi.

DIO Fit dio di, ut fodio fodi, gio, ceu fugio gi.

PIO Fit pio pi, ut capio cepi. cupio excipe pii.

RIO Et rapio rapui, sapio sapui, atque sapiui.

TIO Fit rio ri, ut patio peperi: tio si geminans s,

Vt quatio quassi, quod uix reperitur in usu.

Denique uo fit ui, ut statuo statui, pluo pluui

Format siue plui. Struo struxi, fluo fluxi.

QVARTA CONIVGATIO.

QVARTA dat is iui, monſtrat ſcio ſcis tibi ſciui,
Excipias uenio dans ueni, cambio campſi,
Raucio, rauſi, farcio farſi, ſarcio, ſarſi,
Sepio ſepſi, ſentio ſenſi, fulcio, fulſi,
Haurio item hauſi, ſancio ſanxi, uincio uinxi
Pro ſalto ſalio ſalui: & amicio micui dat.
Parcius utemur, cambiui, hauriui, amiciui,
Sepiui, ſanciui, ſarciui, atque ſaliui.

DE COMPOSITORVM VERBORVM PRAETERITIS.

PRæteritum dat idem ſimplex & compoſitiuum,
Vt docui edocui monſtrat. Sed ſyllaba ſemper
Quam ſimplex geminat, compoſito non geminatur.
Præterquam tribus his, præcurro, excurro, repungo.
Atque a do, diſco, ſto, poſco, rite creatis.

A plico compoſitum, cum ſub, uel nomine, ut iſta — Plico
Supplico, multiplico, gaudent formare plicaui.
Applico, complico, replico, & explico, ui uel in aui.

Quamuis uult oleo ſimplex olui, tamen inde — Oleo
Quoduis compoſitum, melius formabit olecui.
Simplicis at formam redolet ſequitur, ſuboletq;.
Compoſita a pungo, formabunt omnia punxi. — Pungo
Vult unum pupugi, interdumq; repungo repunxi.

Natum a do, quando eſt inflexio tertia, ut addo, — DO
Credo, edo, dedo, reddo, perdo, abdo uel obdo.
Condo, indo, trado, prodo, uendo, didi. At unum
Abſcondo, abſcondi. Natum a ſto ſtas, ſtiti habebit.

MVTANTIA primã uocalem in e.

Verba hæc ſimplicia præſentis, preteritiq;,

Si componantur, uocalem primam in e mutant.
Damno, lacto, ſacro, fallo, arceo, tracto, fatiſcor.
Pario. Parcio, carpo, patro, ſcando, ſpargo, parioq;,
Cuius nata peri, duo comperit & reperit dant.
Cætera ſed per ui, uelut hæc, aperire, operire.
Paſco. A paſco paui, tantum compoſita notentur
Hęc duo, compeſco, dipeſco, peſcui habere.
Cætera, ut epaſco, ſeruabunt ſimplicis uſum.

MVTANTIA primam uocalem in i.

Hæc habeo, lateo ſalio, ſtatuo, cado, lædo.
Pango dans pegi, cano quæro cædo, cecidi,
Tango, egeo, teneo, taceo, ſapio, rapioq;,
Si componantur, uocalem primam in i mutant.
Cano Vt rapio, rapui, eripio eripui. A cano natum
Præteritum per ui, ceu concino concinui dat.
Placeo. A placeo ſic diſpliceo: ſed ſimplicis uſum
Hæc duo, complaceo, cum perplaceo bene ſeruant.
Pango Compoſita a pango retinent a quatuor iſta.
Depango, oppango, circumpango, atq; repango.
Maneo A maneo manſi, minui dant quatuor iſta.
Præmineo, emineo, cum promineo, immineoq;.
Simplicis at uerbi ſeruabunt cætera formam.

Compoſita a ſcalpo, calco, ſalto, a per u mutant,
Id tibi demonſtrat exculpo, inculco, reſulto.
Compoſita a claudo, quatio, lauo, reijciunt a,
Id docet a claudo, occludo, excludo: a quatioq;
Percutio, excutio, a lauo proluo, diluo, nata.
Hæc ſi componas, ago, emo, ſedeo, rego, frango,
Et capio, iacio, lacio, ſpecio, præmo ſemper
Vocalem primam præſentis in i ſibi mutant.
Præteriti nunquam, ceu frango, refringo, refregi.
A capio, incipio, incepi. Sed pauca notentur.

Nanq;

Nanq; ſuum ſimplex perago ſequitur, ſatagoq;.
Vtq; ab ago, dego dat degi, cogo coëgi,
A rego ſic pergo perrexi: uult quoq; ſurgo
Surrexi. media præſentis ſyllaba adempta.
Nil uariat facio, niſi præpoſito præeunte.
Id docet olfacio cum calfacio, inficioq;.
A lego nata, re, ſe, per, ſub, uel trans præeunte,
Præſentis ſeruant uocalem, in i cætera mutant:
De quibus hæc, intelligo, diligo, negligo tantum,
Præteritum lexi faciunt: reliqua omnia legi.

DE SIMPLICIVM VERBORVM SVPINIS.

VNc ex præterito diſcas formare ſupinum.
Bi ſibi tum ſumit, ſic nanq; bibi bibitum fit. BI
Ci fit ctum, ut uici uictum, teſtatur & ici. CI
Dans ictum feci factum, ieci quoq; iactum.
Di fit ſum, ut uidi uiſum, quędam geminant s, DI
Vt pandi paſſum, ſedi ſeſſum. Adde ſcidi, quod
Dat ſciſſum, atq; fidi fiſſum, fodi quoq; foſſum.
Hic etiam aduertas, quod ſyllaba prima ſupinis
Quam uult præteritum geminare non geminatur.
Idq; totondi dans tonſum docet: atq; cecidi
Quod cæſum: & cecidi quod dat caſum: atq; tetendi
Quod tenſum & tentum, tutudi tunſum, atq; pepedi
Quod format peditum, adde dedi quod iure datum uult.
Gi fit ctum, legi lectum, pegi pepigiq; GI
Dat pactum, fregi fractum, tetigi quoq; tactum,
Egi actum, pupugi punctum, fugi fugitum dat.
Li fit ſum, ut ſalli: ſtans pro ſale condio, ſalſum. LI
Dat pepuli pulſum, ceculi culſum atq; fefelli
Falſum, dat uelli uulſum, & ſic tuli habet quoq; latum.

MI NI PI QVI Mi,ni,pi, qui, tum fiunt, uelut hic manifeſtum.
Emi emptum, ueni uentum, cecini a cano cantum.
A capio cepi dans captum, a cœpio cœptum.
A rumpo rupi ruptum, liqui quoq; lictum.
RI Ri fit ſum, ut uerri uerſum, peperi excipe partum.
SI Si fit ſum, ut uiſi uiſum, tamen s geminato,
Miſi formabit miſſum, fulſi excipe fultum,
Hauſi hauſtum, farſi farſum, farſi quoq; fartum,
Vſi uſtum, geſſi geſtum, torſi duo, tortum
Et torſum, indulſi indultum indulſumq; requirit.
PSI Pſi fit ptum, ut ſcripſi ſcriptum, campſi excipe campſum.
TI Ti fit tum, a ſto nanq; ſteti, a ſiſtoq; ſtiti ſit
VI Præterito, commune ſtatum, uerti excipe uerſum.
Vi fit tum, flaui ut flatum, paui excipe paſtum.
Dat laui lotum, interdum lautum atq; lauatum.
Potaui potum, interdum facit & potatum.
Sed faui fautum, caui cautum, a ſero ſeui
Formes rite ſatum. Leui liuiq; litum dat.
Solui a ſoluo ſolutum, uolui a uoluo uolutum,
Vult ſingultiui ſingultum, uæneo uænis
Væniui uænum. Sepeliui rite ſepultum.
Quod dat ui dat itum, ut domui domitum, excipe quoduis
Verbum in uo, quia ſemper ui formabit in utum,
Exui ut exutum, a tuo deme tui ruitum dans.
Vult ſecui ſectum, necui nectum, fricuiq;
Frictum, miſcui item mixtum, & amicui dat amictum.
Torrui habet toſtum, docui doctum, tenuiq;
Tentum, conſului conſultum, alui altum altiumq;.
Sic ſalui ſaltum, colui occului quoq; cultum.
Pinſui habet piſtum, rapui raptum, ſeruiq;
A ſero uult ſertum, ſic texui habet quoq; textum.
Hæc ſed ui mutant in ſum, nam cenſeo, cenſum,

Cellu

Cellui habet celſum, meto meſſui, habet quoq; meſſum,
Nexui item nexum, ſic pexui habet quoq; pexum.
Dat patui paſſum, carui caſſum caritumq;.
Xi fit ctum, ut uinxi uinctum, quinq; abijciunt n.
Nam finxi fictum, minxi mictum, inq; ſupino
Dat pinxi pictum. ſtrinxi, rinxi quoq; rictum.
Xum flexi plexi fixi dant, & fluo fluxum.

DE compoſitorũ uerborum ſupinis.

COmpoſitum ut ſimplex formatur quodq; ſupinum,
Quamuis non eadem ſtat ſemper ſyllaba utriq;.
Compoſitum a tunſum, dempta n, tuſum, à tuitum fit,
I media dempta tutum, & a ſaltum quoq; ſultum.
A ſero quando ſatum format, compoſita ſitum dant.
Hæc captum, factum, iactum, raptum, a per e mutans,
Et cantum, partum, carptum ſartum quoq; fartum.
Verbum edo compoſitum, non eſtum, ſed facit eſum. Edo
Vnum duntaxat comedo, formabit utrunq;.
A noſco tantum duo, cognitum & agnitum habentur. Noſco
Cætera dant notum, nullo eſt iam noſcitum in uſu.

De præteritis uerborum in or.

VErba in or admittunt ex poſteriore ſupino
Præteritum uerſo u per us, & ſum conſociato
Vel ſui, ut á lectu lectus ſum uel fui. Atorum
Nunc eſt deponens, nunc eſt commune notandum.
Nam labor lapſus, patior dat paſſus, & eius
Nata, ut compatior compaſſus, perpetiorq;
Formans perpeſſus, fateor quod faſſus, & inde
Nata, ut confiteor confeſſus diffiteorq;
Formans diffeſſus, gradior dat greſſus, & inde
Nata, ut digredior digreſſus. Iunge fatiſcor
Feſſus ſum, menſus ſum metior, utor & uſus.

Pro texo orditus, pro incœpto dat ordior orſus.
Nitor niſus uel nixus ſum, ulciſcor & ultus.
Iraſcor ſimul iratus, reor atq; ratus ſum,
Obliuiſcor uult oblitus ſum, fruor optat
Fructus uel fruitus, miſereri iunge miſertus.
Vult tuor & tueor non tutus, ſed tuitus ſum,
Quamuis & tutum & tuitum ſit utriq; ſupinum.
A loquor adde loquutus, & a ſequor adde ſequutus.
Experior facit expertus, formare paciſcor,
Gaudet pactus ſum nanciſcor, nactus apiſcor
Quod uetus eſt uerbum, aptus ſum, unde adipiſcor adeptus.
Iunge queror queſtus, proficiſcor iunge profectus,
Expergiſcor ſum expertrectus. Et hæc quoq; commi-
Niſcor commentus: naſcor natus, moriorq;
Mortuus, atq; orior, quod præteritum facit ortus.

DE VERBIS geminum præteritum formantibus.

Præteritum actiuæ & paſſiuæ uocis habent hæc,
Cœno cœnaui & cœnatus ſum tibi format,
Iuro iuraui & iuratus, potoq; potaui
Et potus, titubo titubaui, uel titubatus.
Sic careo carui & caſſus ſum, prandeo prandi
Et pranſus, pateo patui & paſſus placeoq;
Dat placui & placitus, ſueſco, ſuëui atq; ſuetus.
Væneo pro uendor, uæniui uenditus & ſum.
Nubo nupſi nuptaq; ſum, mereor meritus ſum
Vel meritui, adde libet libuit libitum. Et licet adde,
Quod licuit licitum. Tædet quod tæduit, & dat
Pertæſum. Adde pudet, faciens puduit puditumq;,
Atq; piget, tibi quod formant piguit pigitumq;.

De

DE NEVTROPASSIVORVM PRAETERITIS.

NEutropaſſiuum, ſic præteritum tibi format.
Gaudeo gauiſus ſum, fido fiſus, & audeo
Auſus ſum, fio factus ſum, ſoleo ſolitus ſum.
Mœreo ſum mœſtus, ſed Phocæ nomen habetur.

DE verbis præteritum mutuantibus.

Quædam præteritum uerba accipiunt aliunde.
Inceptiuum in ſco, ſtans pro primario, adoptat
Præteritum eiuſdem uerbi, uult ergo tepeſco
A tepeo tepui, feruefco à ferueo ferui.
A uideo cerno uult uidi, a concutio uult
Præteritum quatio concuſſi, à percutioq;
Percuſſi ferio, a mingo uult meio minxi.
A ſedeo ſido uult ſedi, à ſuffero tollo
Suſtuli, & à fuo ſum fui, & a tulo rite fero tuli,
A ſto ſiſto ſteti, tantum pro ſtare, furoq;
Inſanui, à uerbo eiuſdem ſignificati.
Sic poſcunt ueſcor, medeor, liquor & reminiſcor,
Præteritum à paſcor, medicor, liquefio, recordor.

DE uerbis præterito carentibus.

Præteritum fugiunt, uergo, ambigo, gliſco, fatiſco,
polleo, nideo. Ad hæc inceptiua, ut puerafco.
Et paſſiua, quibus carere actiua ſupinis,
Vt metuor, timeor. Meditatiua omnia, præter
Parturio, eſurio, quæ præteritum duo ſeruant.

DE uerbis ſupinum raro admittentibus.

Hæc raro aut nunquam retinebunt uerba ſupinum,

Lambo, mico, micui, rudo, ſcabo, parco, peperci,
Diſpeſco, poſco, diſco, compeſco, quiniſco,
Dego, ango, fugo, lingo, mingo, ſatagoq;,
pſallo, uolo, nolo, malo, tremo, ſtrideo, ſtrido,
Flaueo, liueo, auet, paueo, conniueo, feruet.
A nuo compoſitum, ut renuo, a cado, ut incido, præter
Occido, quod facit occaſum, recidoq; recaſum.
Reſpuo, linquo, luo, metuo, cluo, frigeo, caluo,
Et ſterto, timeo. Sic luceo & arceo, cuius
Compoſita ercitum habent. Sic à gruo ut ingruo natum.
Et quæcunque in ui formantur neutra ſecundæ.
Exceptis oleo, doleo, placeo, taceoque.
pareo, item careo, noceo, pateo, lateoque,
Et ualeo, caleo, gaudent hæc nanque ſupino.

DE VERBIS DEFECTIVIS.

SED nunc ut totum percurras ordine uerbum,
Iſtis pauca dabis mutilata & anomala uerba:
Quæ quia clauda quidem remanent, nec uerſibus apta
Qui rectis pedibus, pleniſq; incedere gaudent,
Hiſce ſequens datur his quem cernis ſermo ſolutus.

AIO.

Preſens indicat. { Aio, Ais, Ait } Plurali Aiunt.

Preter imperf. { Aiebam, Aiebas, Aiebat } Plur. { Aiebamus, Aiebatis, Aiebant.

Im-

Imperatiuus Ai.

Pręsens optat. potent. & subiũct. { Aias / Aiat } Plurali { Aiamus / Aiant }

Pręsens partic. Aiens.

AVSIM.

Præsens optat. potent. & subiũct. { Ausim / Ausis / Ausit } Plurali Ausint.

AVE.

Imperatiuus { Aue / Aueto } Plurali { Auete / Auetote }

CEDO.

Imperatiuus Cedo Plurali Cedite.

FAXO.

Futur. { Faxo / Faxis / Faxit } pro Faciã, uel fecero. Pl. faxint.

FOREM.

Imperf. optat. potent. & subiũct. { Forem / Fores / Foret } pro { Essem / Esses / Esset } plu. forent

Infinitiuus Fore. id est. Futurum esse.

QVAESO.

Pręsens indicat. Quęso Plur. Quęsumus.

INFIT:

Infit sola uox est, dicit seu dixit significans.

INQVIO & inquam.

Præsens indicat. { Inquo, uel inquam / Inquis / Inquit } Plur. Inquiunt.

Præterperfect. { Inquisti / Inquit }

Futur. { Inquies / Inquiet }

Imperatiuus { Inque apud Terentium. / Inquito apud Plautum. }

Præsens optat. potent. & subiũct. { Inquiat.

Participium Inquiens.

Hæc quatuor sequentia,

{ Odi / Memini } { Cœpi / Noui,

Omnes uoces præteriti perfecti, plusq̃perfecti, & futuri, omnium modorum integras habent: in reliquis magna ex parte deficiunt, nisi quod memini in imperat. sing. memento, plur. mementote habeat.

Notabunt præterea pueri

{ Dor / Furo / For } { Der / Fera / For, simplicia non reperiri.

Præterea

{ Dic / Duc / Fer / Fac } pro { Dice / Duce / Fere / Face, Voces esse

per apocopen concisas.

Denique notabis

Eo

{Eo & Queo} habere in impfect. {Ibam Quibã} in fut. {Ibo Quibo}

DE VERBIS IMPERSONALIBVS.

Et de perſonalibus quidem hactenus dictum eſto, deinceps uero de impersonalibus dicendum, quæ nominatiuum certæ perſonæ non recipiunt, ſed mutatur nominatiuus perſonæ in obliquos, ut quod anglice perſonaliter dicimus, I muſt rede Virgil, latine impersonaliter effertur, Oportet me legere Vergilium.

Sunt autem impersonalia duplicia {Actiuę uocis / Paſsiuæ uocis}

Impersonalia actiuæ uocis ſunt hæc, & his ſimilia.

Eſt	Accidit	Vacat	Iuuat
Intereſt	Contingit	Preſtat	Conſtat
Refert	Euenit	Reſtat	Cõducit
Placet	Expedit	Decet	Miſeret
Libet	Liquet	Oportet	Piget
Pœnitet	Licet	Poteſt	Pudet.
Tædet	Solet.		

Horum quædam perſonaliter uſurpantur, ut

Virtus placet probis.
Pecunia omnia poteſt.
Ars iuuat egentes.

Quędã uero ſẽper manent impersonalia, ut {Oportet / Pudet / Pœnitet}

Coniũgantur autẽ in tertia perſona per omnes modos

Aliquet non extat præteritum
Tædet, pertęſum eſt, format.
Miſeret, & miſereſcit, miſertum eſt.

Inueniuntur etiam in uſu

Placitum eſt		Placet.
Libitum eſt		Libet.
Puditum eſt	præterit. a	Pudet.
Licitum eſt		Licet.
Pigitum eſt		Piget.

Perſonalia paſsiuæ uocis fiunt ab omnibus uerbis actiuis, & neutris, ut {Curritur / Turbatur}

Imperſonalia ſupinis & gerundijs carent.

DE GERVNDIIS.

Gerundia, participialia uocari poſſunt, quod ſimilia participijs ſunt, ſicut prouerbialia dicimus, quæ ſunt ſimilia prouerbijs.

Proinde quia uidebamus parum conuenire inter grammaticos, utrum ad uerba, an ad participia propius pertinerent, hic in confinio utriuſq; partis reliquimus, ut utri uelint ſeſe regno addicant.

Porrò a nomine caſum, a uerbo agendi uel patiendi, uel neutrius ſignificationem accipiunt. Et quia temporum diſcrimen diſcretis uocibus non recipiunt, nec numeros aut perſonas, iuſta eſſe participia non poſſunt.

Gerundiorũ terminationes ſũt tres. {Di, gtĩ caſus. / Do, dtĩ & ablti. / Dũ, ntĩ & actĩ.}

Hec autem actiue magna ex parte ſignificare nulli dubium eſt, interdum paſsiuę ſignificant. Paſsiuę ſignificationis exempla erunt iſta. Athęnas quoq; miſſus erudiendi cauſa. i. ut erudiretur. Vritq; uidendo fœmina. i. dum uidetur. Satis ad cognoſcendum illuſtria. Ars ad diſcendum facilis.

De

DE SVPINIS.

Supina quoq; merito participialia uerba dicuntur, omniaq; cum gerundijs cõmunia habent. Exeunt autem

{Prius, in um / Posterius, in u} ut {Visum / Visu}.

DE PARTICIPIO.

PARTICIPIVM est pars orationis inflexa casu: quę a nomine genera & casus, a uerbo tempora & significationes. Ab utroq; Numerum & Figuram, uelut precario accipit.

DE ACCIDENTIBVS PARTICIPIO.

Accidunt participio sex {Genus, Casus, Tempus} {Significatio, Numerus, Figura}

De genere autem & casu, idem hic statuendum, quod & in nomine supra factum est.

TEMPVS.

Tempora participiorum sunt quatuor.

Prȩsens in ans, uel in ens, ut {Amans / Legens}

Cæterum iens participiũ ab eo, simplex non reperitur,

Sed {Euntis / Eunti} {Euntem / Eunte} in obliquis

Vt

Vt & composita quoq;, uelut

{Abeuntis / Redeuntis} præter {Ambiens / Ambientis. &c.}

Hanc formam sequuntur etiam horum gerundia, ut

{Abeundi / Abeundo / Abeundum} præter {Ambiendi / Ambiendo / Ambiendum}

Præteritum uero in {Tus / Sus / Xus} ut {Doctus / Visus / Nexs}

Futurum, alterum quidem in Rus, ut Lecturus

Alterum uerò in Dus, ut Legendus

SIGNIFICATIO.

Actiue significāt ea participia quæ ab actiuis cadunt, ut

{Docens / Verberans} {Docturus / Verberaturus}

A neutris cadentia neutraliter significant, ut

{Currens / Dolens} {Cursurus / Dolituras}

A quibusdā neutris reperiuntur etiā participia in dus, ut

{Dubitandus / Vigilandus} {Carendus / Dolendus}

Passiue significant, quæ a passiuis descendunt, ut

{Lectus / Auditus} {Legendus / Audiendus}

Fiunt & participia passiua ab huiusmodi neutris, quorum tertiæ personæ passiue usurpantur, ut, Aratur terra, hinc arata & aranda terra.

Participia formata a deponentibus imitantur significationem suorum uerborum, ut

{Loquens / Loquutus / Loquuturus} a loquor

Depo-

Deponentibus, quæ olim communia fuerunt, manet futurum in dus, ut

Sequendus, Loquendus, Vtendus — Patiendus, Obliuiſcendus, & alia id genus.

Habent & deponentia præteriti temporis participia, quę nunc actiue, nunc paſsiue ſignificant. Verg.

Nunc oblita mihi tot carmina. Terentius.

Meditata ſunt mihi omnia mea incommoda. Verg.

Mentitaq; tela agnoſcunt.

Communium deniq; uerborum participia, ipſorum ſignificationem induunt, ut

Criminans, Criminatus — Criminaturus, Criminandus

Ab impersonalibus nulla extant participia, prę̃ter

Pœnitens, Decens, Libens — Pertę̃ſus, Pœnitendus, Pudendus.

Hæc participia præter analogiam a uerbis ſuis deducuntur.

Pariturus, Naſciturus, Sonaturus, Arguiturus, Luiturus, Eruiturus — Noſciturus, Moriturus, Oriturus, Oſurus, Futurus.

Similia participiis ſunt iſta.

Tunicatus, Togatus — Perſonatus, Laruatus, Et innumera huius ſortis uocabula.

NVMERVS.

Eſt & numerus in participijs, ut in nõmine.

Sing. ut Legens. Plur. ut Legentes.

DE FIGVRA.

Figura eſt duplex { Simplex / Compoſita. } ut { Spirans / Reſpirans.

Participia aliquando degenerant in nomina participalia: uel cum alium caſum q̃ ſuum uerbum, regunt, ut

{ Abundans lactis / Appetens alieni } { Patiens mediæ / Fugitans litium }

Vel cum componuntur cum dictionibus, cum quibus iptorum uerba componi non poſſunt, ut

{ Infans / Innocens } { Indoctus / Ineptus }

Vel cum comparantur, ut

{ Amans / Amantior / Amantiſsimus } { Doctus / Doctior / Doctiſsimus.

Vel cum tempus ſignificare deſinũt. Cuiuſmodi ſunt participia in rus, & dus, ut

Expectem, qui me nunq̃ uiſurus abiſti? hoc eſt, qui eo animo diſceſsiſti, ut me amplius non uideres?

Nullam mentionem fecit cometarum, non prætermiſſurus, ſi quid explorati haberet, id eſt, ita affectus, ut non prætermitteret.

Amandus eſt doctiſsimuſq; quiſq;, id eſt, dignus eſt, uel debet amari.

Ejcienda eſt hæc mollicies animi, id eſt, debet enci.

Participia preſentis temporis non raro fiunt ſubſtantiua nomina, modo in maſculino genere, ut

{ Oriens / Occidens } { Profluens / Confluens.

Modo in fœminino, ut { Conſonans / Continens.

Modo

Modo in neutro, ut { Contingens. { Antecedens / Accidens { Consequens

Modo in communi genere pro uerbalibus in tor uel trix, ut

{ Appetens { Sitiens / Diligens { Indulgens

Animans modo fœmininum, modo neutrum reperitur.

DE ADVERBIO

ADVERBIVM est pars orationis nõ flexa, quæ adiecta uerbo, sensum eius perficit atq; explanat.

Explanat enim interdũ, sicut nomen, ut, Homo egregie impudens. Ne parum sis leno.

Aliquoties ut aduerbium, ut, Parum honeste se gerit.

DE ACCIDENTIBVS ADVERBIO.

Aduerbio accidunt

{ Significatio { Species / Comparatio { Figura

Significationis uarietas ex uerborũ circumstantijs colligenda est.

ADVERBIA LOCI.

In loco, significant hæc.

{ Hic, Illic, Istic, Intus, Foris, Vsquam, Nusquam, Vbi
{ Vbiq;, Vbicunq;, Vbilibet, Vtrobiq;, Vbiuis, Vbiubi, Ibi, Alibi
{ Alicubi, Necubi, Sicubi, Inibi, Ibidem, Inferius, Superius

Ad locum uero reſpiciunt

Huc	Siquò	Aliorſum
Illuc	Eò	Dextrorſum
Iſtuc	Eôdem	Siniſtrorſum
Intrò	Quolibet	Surſum
Aliò	Quouis	Deorſum
Quò	Quocunq;	Vtroq;
Aliquò	Foras	Neutrò
Nequò	Horſum	Quoquouerſum
Quoquò		

A loco, denotant

Hinc	Aliunde	Vndeuis
Illinc	Alicundè	Vndecunq;
Iſtinc	Sicunde	Superne
Foras	Necunde	Inferne
Inde	Indidem	Cœlitus
Vnde	Vndelibet.	Funditus.

Denq; per locum.

Hac	Ea	Qua
Illac	Eadem	Siqua
Iſtac.	Alia	Nequa
Quacunq;	Aliqua	Quaq;

TEMPORIS.

Aduerbia temporis ſunt.

Quando	Aliquoties	Nudiuſtertius
Aliquando	Heri	Nudiuſquartus
Quandiu	Hodie	Nudiuſquintus
Quandudũ	Cras	Nudiuſſextus. &c.
Quãpridẽ	Pridie	Diu
Vſq;	Poſtridie	Noctu
Quouſq;	Perendie	Interdiu
Toties	Mane	Nunc
Quoties	Veſperi	Iam

Nuper

Nuper	Sæpe	Nunquam
Aliâs	Raro	Vnquam
Olim	Subinde	Adhuc
Idem	Identidem	Etiã, pro adhuc
Pridem	Plerunq;	Hactenus
Dudum	Quotidie	Indiem
Tantisper	Quotannis	Inhoram
Paulisper	Indies	& similia
Parumper		

Vsq; temporis & loci aduerbiũ est, ut, Vsq; sub obscurũ noctis. Ab Aethiopia est usq; hæc. Est & ubi pro semper aut continuo ponitur, ut Vsq; metu micuere sinus.

NVMERI.

Aduerbia numeri, ut

Semel	Septies
Bis	Centies
Ter	Millies
Quater	Pluries
Quinquies	Infinities &c.

ORDINIS.

Ordinis sunt

Inde	Postremo
Deinde	Primum
Hinc	Iamprimum
Dehinc	Denique
Deinceps	Demum
Nouissimo	Tandem
Imprimis	Adsummum. &c.

INTERROGANDI.

Aduerbia interrogandi sunt,

Cur, Quare, Quomodo, Ecquid, Quin pro cur — Num, Quid ita, Quo, Vnde, Quantum

VOCANDI.

Vocandi sunt, o, heus, & si qua sunt similia.

NEGANDI.

Negandi, ut Haud, Non, Minime — Nequaquam, Ne pro non & similia,

AFFIRMANDI.

Affirmandi, ut

Etiam, Sic, Quidni, Sane — Prorsus, Nempe, Nimirum, Certe — Profecto, Adeo, Plane, Scilicet.

IVRANDI.

Iurandi, ut Herculè, Mehercules, Mediusfidius, Diusfidius — Pol, Aedepol, Castor, Ecastor

HORTANDI.

Hortandi, ut Age, Sodes, Sultis, Amabo — Agedum, Ehodum, Eia, Agite.

PROHIBENDI.

Prohibendi, ut, ne,

OPTANDI.

Optandi, ut, utinam, o, osi, si

Exclu-

EXCLVDENDI.

Excludendi, ut { Modo, Dummodo, Tantummodo, Solummodo } { Tantum, Solum, Duntaxat, Demum }

CONGREGANDI.

Congregandi, ut { Simul, Vna, Pariter } { Populatim, Vniuersim, Comiũctim. &c. }

SEGREGANDI.

Segregandi, ut { Seorsim, Gregatim, Egregie, Nominatim, Viritim, Oppidatim } { Priuatim, Speciatim, Bifariam, Trifariam, Omnifariam, Plurifariam }

DIVERSITATIS.

Diuersitatis, ut Aliter, secus.

ELIGENDI.

Eligendi, ut { Potius, Potissimum } { Imò, Satius. }

INTENDENDI.

Intendendi, ut { Valde, Nimis, Nimium, Immodice, Impendio, Impense } { Prorsus, Penitus, Funditus, Radicitus, Omnino }

REMITTENDI.

Remittendi, ut { Vix, Aegre, Paulatim } { Sensim, Peditentim }

De

CONCEDENTIS.

Concedentis, ut { Licet / Esto } { Sit ita / Sit sane }

NEGATAE SOLITVDINIS.

Negatæ solitudinis, ut { Non solum / Non tantũ } { Non modo / Nedum }

QVALITATIS.

Qualitatis, ut { Docte / Pulchre } { Fortiter / Grauiter }

QVANTITATIS.

Quantitatis, ut { Parum / Minime / Maxime } { Summum / Adsummum / & similia }

COMPARANDI.

Comparandi, ut { Tam / Quam / Magis / Minus } { Maxime / Minime / Aeque }

REI NON PERACTAE.

Rei non peractæ, ut { Fermè / Ferè / Propè } { Propemodum / Tantum non / Modo non }

DEMONSTRANDI.

Demonstrandi, ut, En, ecce, sic. ut
Sic scribito.

EXPLANANDI.

Explanandi, ut { Id est / Hoc est / Quasi dicas } { Puta / Vtputa / Vtpote }

DVBITANDI.

Dubi-

Dubitandi, ut { Forsan, Forsitan, Fortassis } { Fors, Fortasse }

EVENTVS.

Euentus, ut { Forte, Casu } { Forte, Fortuna }

SIMILITVDINIS.

Similitudinis, ut { Sic, Sicut, Sicuti, Ita, Item, Itidem } { Tanquam, Quasi, Ceu, Vti, Velut, Veluti }

DE COMPARATIONE.

Aduerbia a nominibus adiectiuis nata, & comparantur, & regunt casus comparatiui & superlatiui, ut

{ Docte, Doctius illo, Doctissime omnium. }

Similiter & quędam alia, ut

{ Bene, Melius, Optime, Male, Peius, Pessime } { Sæpe, Sæpius, Sæpissime. Nuper, Nuperrime. }

DE SPECIE.

Species est duplex. Principalis, quę ex se originē habet, ut Heri, cras.

Derivatiua est eorum quæ nata sunt aliunde, ut

Furtim a furor.
Strictim a stringo.
Humaniter ab humanus.

Aliquando neutra adiectiua induunt formam aduerbiorum, ad græcorum imitationem, ut

Recens, Toruum pro Recenter, Torue

DE FIGVRA.

Figura est duplex Simplex, Composita ut Prudenter, Imprudenter

DE CONIVNCTIONE.

CONIVNCTIO est pars orationis, quę sententiarum clausulas apte connectit.

DE ACCIDENTIBVS CONIVNCTIONI.

Coniunctioni accidunt, Figura, Potestas, Ordo

DE FIGVRA.

Figura est duplex Simplex, Composita ut Nam, Nanq;

DE POTESTATE.

Potestas, id est, significatio est uaria, Aliæ enim è coniunctionibus copulatiuæ sunt, ut

Et, Ac, Que
Atq;, Quoq;, Etiam
Item, Itidem, Cum, Tum & tum

item

item geminatum, ut Vir tum probus, tum eruditus. Huc ſpectant & his contrariæ, ut

Nec / Neq; Neu / Neue.

Hæ quatuor ſequentes, Et, q;, nec, neq;, cũ geminantur, ſuſpenſiuæ etiã uocantur, quod aliud ſemper expectari faciũt, ut Et fugit, & pugnat. Nec ſapit iſta, nec ſentit.

Aliæ diſiunctiuæ, ut Aut / Vel / Ve; Seu / Siue.

Atq; iſtæ cum geminantur, ſuſpenſiuę etiam uocantur, ut, uel ſcribit, uel dictat.

Aliæ diſcretiuæ, ut

Sed / Sedenim / At / Aſt / Atqui
Quidem / Autem / Quoq; / Scilicet / Cæterum
Vero / Enimuero / Quodſi / Verum / Porro / Quin

Aliæ rationales ſeu illatiuæ, ut

Ergo / Ideo / Igitur / Itaq; / Idcirco
Quare / Quamobrem / Quocirca / Proinde / Propterea / Eare. Cicero.

Eare ſtatim ad te Ariſtocritum miſi.

Aliæ cauſales, ut

Nam / Nanq; / Enim / Etenim / Quòd
Quia / Quippe / Vtpote / Siquidem / Quandoquidem
Propterea quod / Quoniam / Quando / Quatenus / Et, pro quia

Aliæ perfectiuæ seu absolutiuę, ut

Vti
Quo, pro ut
Ne & ut, pro ne non. Terentius.

Sed patris uim ut queas ferre.

Ne, pro ut non. Cicero.

Opera datur, iudicia ne fiant.

Alię continuatiuę, ut Si, Sin — Ni, Nisi

Alię dubitatiuę, ut Ne, An, Anne — Num, Nunquid — Vtrum, Necne

Alię aduersatiuę, ut Etsi, Quanq̃, Quamuis — Licet, Tametsi, & alię id genus.

Alię redditiuę earundem, ut Tamen, Attamen — Sedtamen, Verũtamen

Alię diminutiuæ, ut Saltem, At — Certe, Vel, ut, Ne uel latum digitum cessit.

Aliæ electiuę, ut Quam, Ac, Atq;, quando pro quam accipiuntur.

Alię expletiuę, ut Quidem, Equidem, Nimirum, Autem, Scilicet, Quoque — Nam, Profecto, Vero, Enimuero, Sedenim, Enim pro certe. Ver.

Nam quis te iuuenum confidentissime nostras
Iussit adire domos? Terent.

Enim non sinam

Sunt dictiones, quę nunc aduerbia, nunc coniunctiones nunc

nunc prepositiones esse inueniuntur, ut
Cum, quoties casui iungitur, præpositio est.
Quãdo uero subiũctiuo modo præponitur, cõiũctio est.
At quoties pro quando usurpatur, aduerbium est.
In genere coniunctiones adeo tenui discrimine ab aduerbijs discernuntur, ut sæpenumero confundantur, ut Quando, proinde, & similia.

ORDO.

Ordo coniunctionum est triplex, nempe

- Præpositiuus
- Subiunctiuus
- Communis

Ex coniunctionibus, hæ in primis præponi solent.

Nam	Aut	Quatenus
Quare	Vel	Sin
Ac	Nec	Seu
Ast	Neque	Siue
Atque	Si	Ni
Et	Quin	Nisi

Subiunctiuæ uero sunt,

Quidem	Vero
Quoque	Enim
Autem	Et. Et tres enclíticæ, què, ne, ue, sic dictæ: q; accentũ in precedentem syllabam inclinent, ut,

Ludere qui nescit, campestribus abstinet armis,
Indoctùsq; pilæ, discive trochive quiescit.

Communes denique dicuntur, quę indifferenter & præponi & postponi possunt. quales sunt reliquę fere omnes, præter prędictas, ut

Equidem	Saltem
Ergo	Tamen
Igitur	Quanquam. &c.

DE PRAEPOSITIONE.

PRAEPOSITIO est pars orationis indeclinabilis, quæ alijs orationis partibus uel compositione, uel appositione præponitur.

Appositione, ut Christus sedet ad dexteram patris.

Compositione, ut Adactum iuramentum adhibendum admonuit.

Quædam prępositiones postponi inueniuntur, ut

Cum		Quibuscum
Tenus	ut	Pube tenus
Versus		Angliam uersus
Vsq;		Ad occidentem usq;

DE ACCIDENTIBVS PRAEPOSITIONI.

Prępositioni accidit casuũ regimen, siue constructio. Cæterum in ŋsdem casibus mira est significationis uarietas: quæ non tam regulis, q̃ assiduo legendi atq; scribendi usu discenda est. Exempli causa,

Secundum.

Aliud significat secundum, cum dico. Secundum aurem uulnus accepit. Aliud uero hic. Secundum deum patria colenda est. Aliud in hac oratione. Secundũ quietem satis mihi felix usus sum.

PRAEPOSITIONES ACCVSATIVI.

Ex præpositionibus, istæ accusatiuo casui adiungũtur.

AD.

Ad calendas græcas.

APVD.

Et bene apud memores, ueteris stat gratia facti.

Ante

ANTE. Diciq; beatus
Ante obitum nemo ſupremaq; funera debet.

ADVERSVS.
Ne Hercules quidem aduerſus duos.

CIS.
Cis Thameſim ſita eſt Actona.

CITRA, VLTRA.
Eſt modus in rebus, ſunt certi deniq; fines:
Quos ultra citraq; nequit conſiſtere rectum.

INTRA.
Crede mihi bene qui latuit, bene uixit: & intra
Fortunam debet quiſq; manere ſuam.

EXTRA.
Extra omnem ingenij aleam poſitus Cicero.

CIRCVM.
Locale eſt, ut Circum montem.

CIRCA.
Circa forum, circa uigintiannos.

CIRCITER.
Tempus & numerum ſignificat. Circiter horam decimam, Circiter duo millia deſiderati ſunt.

CONTRA.
Ne contra ſtimulum calces.

ERGA.
Princeps erga populum clemens.

INTER.
Multa cadunt inter calicem, ſupremaq; labra.

INFRA.
Quem ego infra omnes homines eſſe puto.

SVPRA.
Dux hoſtium cum exercitu ſupra caput eſt.

IVXTA.
Cum lucubrando iuxta ancillas lanam faceret.

OB

OB.

Fœda mors ob oculos uersabatur.

PER.

Impiger extremos currit mercator ad Indos,
Per mare pauperiem fugiens, per saxa, per ignes.

PROPE.

Propè urbem, propè mortem.

PRAETER.

Ita fugias, ne præter casam.

PROPTER.

Aliquid mali, propter uicinum malum.

POST.

O ciues, ciues, quærenda pecunia primum,
Virtus post nummos.

PENES.

Me penes est unum uasti custodia mundi.

TRANS.

Cœlum, non animum mutant, qui trans mare currunt.

PRAEPOSITIONES ABLATIVI.

A.

A Ioue principium musæ, Iouis omnia plena.

AB.

Hæc uocalibus præponitur.
Ab alio expectes, alteri quod feceris.

ABS.

Abs quiuis homine beneficium accipere, gratum est.

ABSQVE.

Absq; eo esset.

CVM.

Damnum appellandum est, cum mala fama, lucrum.

Clam

CLAM.

Clam patre. & Plautus, Clam patrem.

CORAM.

Coram ſenatu acta res eſt.

DE.

Sophiſtę rixantur de lana caprina.

E.

Qui falſum teſtimonium dixiſſe conuictus erat, è ſaxo Tarpeio deijciebatur.

EX.

Ex malis moribus bonæ leges natæ ſunt.

PRO.

Comes facundus in uia pro uehiculo eſt.

PRAE.

Huic aliquid prę manu dederis.

SINE.

Nulla dies ſine linea ducenda eſt.

TENVS.

Capuloque tenus ferrum impulit ira.

PRAEPOSITIONES VTRIVSQVE CASVS.

Hę quatuor utrunque caſum exigunt, ſed ferè in diuerſa ſignificatione.

IN

In tempore ueni, quod omnium rerum eſt primum.
Inque domos ſuperas ſcandere cura fuit.

SVB.

Sub lucem exportant calathis.
Vaſto uidiſſe ſub antro.

SVPER.

Super ſe collocauit.
Fronde ſuper uiridi.

SVBTER.

Subter terram.
Densa subter testudine.
Sunt & prepositiones quę nunquam extra compositionem inueniuntur, nimirum.

An	ut	Ambio
Di		Diduco
Dis		Distraho
Re		Recipio
Se		Sepono
Con		Condono

DE INTERIECTIONE.

INTERIECTIO est pars orationis quæ sub incondita uoce animi affectum demonstrat.
Tot autem sunt interiectionum significationes, quot animi perturbati sunt motus.
Exultantis, ut Euax, uah. Plautus. Euax iurgio tandem uxorem abegi.
Dolentis, ut heu, hoi, hei, o, ah. Terent. I intro, hoi, hei. Vergil. O dolor atque decus magnum.
Timentis, ut hei, at, at. Terent. Hei uereor ne quid Andria apportet mali.
Admirantis, ut pape. Terent. Pape noua figura oris.
Vitantis, ut apage, apagesis. Terent. Apagesis, egon formidolosus?
Laudantis, ut Euge. Mart. Cito, nequiter, euge beate.
Vocantis, ut eho, oh, io. Terent. Oh qui uocare.
Deridentis, hui. Terent. Hui tu mihi illam laudas?
Eximprouiso aliquid deprehendentis, ut atat. Terent. Atat, data hercle mihi sunt uerba.
Exclamantis, ut O, prò, prò nefas. Senec. O paupertas

tas felix.

Imprecantis, ut malum, uæ malum. Terent. Quid hoc, malum infelicitatis eſt?

Ridentis, ut ha ha he. Terent. Ha ha he defeſſa iam miſera ſum te ridendo.

Silentium iniungentis, ut au. Terent. Au ne comparandus hic quidem ad illum eſt.

Illud hic obſeruandum eſt nomina quoq; & uerba quandoque interiectionis loco poni, ut apud Vergil. Nauibus infandum amiſsis. Cicero. Sed amabo te cura. Imo quęuis orationis pars affectum animi incondite ſignificans interiectionis uice fungitur.

DE CONSTRVCTIONE OCTO PARTIVM.

TQVE DE OCTO orationis partibus earumq; ſpeciebus, quatenus ad etymologiam attinet, hactenus dictum eſto, deinceps de eiſdē, quatenus ad ſyntaxim, quę conſtructio dicitur, agemus.

Eſt igitur conſtructio debita partium orationis inter ſe compoſitio, iuxta rectam grammatices rationem. Ea uero eſt qua ueterum probatiſsimi, tum ſcribendo tum loquendo ſunt uſi.

Cæterum priuſq̄ de partium orationis ſtructura ſingulatim pertractabimus, quædam in genere de tribus grammaticę concordantijs, paucis edifferend aſunt,

Concordantia nominatiui & uerbi.

Verbum perſonale cohęret cum nominatiuo, numero & perſona. ut, Nūquam ſera eſt ad bonos mores uia. Fortuna nunquam perpętuo eſt bona.

Nominatiuus primę uel ſecundę perſonę non exprimitur, niſi cauſa diſcretionis, ut, Vos damnaſtis, quaſi dicat, prętera nemo: aut emphaſis gratia, ut, Tu es patronus, tu pater, ſi deſeris tu, perimus, quaſi dicat, prę cipue & prę alijs tu patronus es.

In uerbis quorum ſignificatio ad homines tantū pertinet, tertiæ perſonę nominatiuus ſępe ſubauditur, ut, eſt, fertur, dicunt, ferunt, aiunt, prędicant, clamitant, & ſimilia. ut Fertur atrocia flagitia deſignaſſe.
Teq; ferunt iræ pœnituiſſe tuæ.

Non ſemper uox caſualis eſt uerbo nominatiuus, ſed aliquando uerbum infinitum, ut Mentiri non eſt meum.

Aliquando

Aliquando oratio, ut
Adde quod ingenuas didiciſſe fideliter artes,
Emollit mores, nec ſinit eſſe feros.
Aliquando aduerbium cum genitiuo, ut Partim uirorũ ceciderunt in bello. Partim ſignorum ſunt combuſta.

Exceptio prima.

Verba infiniti modi pro nominatiuo accuſatiuũ ante ſe ſtatuunt. ut, Te redñſſe incolumem gaudeo. Te fabulam agere uolo. Reſolui poteſt hic modus per q; & ut, ad hunc modum. Quod tu redñſti incolumis gaudeo, ut tu fabulam agas, uolo.

Exceptio ſecunda.

Impersonalia precedentẽ nominatiuũ nõ habẽt, ut, Tæ det me uitę, Perteſum eſt coniugñ. De quibus ſuo loco.
Nomen multitudinis ſingulare quandoq; uerbo plurali iungitur. ut Pars abiere. Vterq; deluduntur dolis.

Concordantia ſubſtantiui & adiectiui.

Adiectiuum cum ſubſtantiuo, genere, numero, & caſu conſentit, ut
Rara auis in terris nigroq; ſimillima cygno.
Ad eundem modum participia & pronomina, ſubſtantiuis adnectuntur, ut
Donec eris felix, multos numerabis amicos,
Nullus ad amiſſas ibit amicus opes.
Senec. Non hoc primum pectora uulnus mea ſenſerũt, grauiora tuli. Aliquando oratio ſupplet locum ſubſtãtiui, ut Audito regem Dorobernam proficiſci.

Concordantia relatiui & antecedentis.

Relatiuum cum antecedente concordat, genere, nu-

mero & persona, ut
Vir bonus est quis?
Qui consulta patrum, qui leges iuraq; seruat.

Nec unica uox solum sed interdum etiam oratio ponitur pro antecedente, ut, In tempore ad eā ueni, quod omnium rerum est primum.

Relatiuum inter antecedentia diuersorum generum collocatum, nunc cum priori conuenit, ut, Senatus assiduam stationem eo loci peragebat, qui hodie senaculum appellatur.
Non procul ab eo flumine, quod saliam uocant.
Propius a terra Iouis stella fertur, quę Phaëton dicitur.
Nunc cum posteriori, ut, Homines tuentur illum globū, quę terra dicitur. Est locus in carcere quod Tullianum appellatur. In coitu lunę, quod interlunium uocant.

Aliquando relatiuum, aliquando & nomen adiectiuū respondet primitiuo, quod in possessiuo intelligitur, ut Et laudare fortunas meas, qui haberem filium tali ingenio præditum. Nostros uidiſti flentis ocellos.

Quoties nullus nominatiuus inseritur inter relatiuū & uerbum, relatiuum erit uerbo nominatiuus, ut Felix qui potuit boni, Fontem uisere lucidum.

At si nominatiuus relatiuo & uerbo interponatur, relatiuum regetur a uerbo, aut ab alia dictione, quę cum uerbo in oratione locatur, ut Ouid.
Gratia ab officio, quod mora tardat, abest.
Cuius numen adoro,
Quorum optimum ego habeo.
Cui similem non uidi.
Quo dignum iudicaui.
Quo melius nemo scribit,
Quem uidendo obstupuit.
Lego Vergilium, præ quo, cęteri poetæ sordent. &c.

De

De ſubſtantiuorum conſtructione.

Quum duo ſubſtantiua diuerſæ ſignificationis concurrunt, poſterius in genitiuo ponetur, ut
Creſcit amor nummi, quantum ipſa pecunia creſcit.

{Rex pater patriæ. {Princeps ſpes Angliæ. {Cultor agri. {Arma Achillis.

At hic genitiuus aliquando in poſſeſsiuum mutatur, ut

{Patris domus. {Paterna domus. {Heri filius. {Herilis filius.

Eſt ubi etiam in datiuum uertitur, ut
Vrbi pater eſt, urbiq; maritus
Herus tibi, mihi pater.

Exceptio.

Excipiuntur quæ in eodem caſu per appoſitionẽ connectuntur, ut,
Effodiuntur opes irritamenta malorum.
Ignauum fucos pecus à præſepibus arcent.

Adiectiuum in neutro genere abſolute poſitum, aliquando genitiuum poſtulat, ut, Paulũ pecuniæ, hoc noctis. Non uidemus manticæ quod in tergo eſt.
Quantum quiſq; ſua nummorum ſeruat in arca,
Tantum habet & fidei,

Ponitur interdum genitiuus, propter ſubſtantiuum ſubauditum, ut in huiuſmodi locutionibus.
Vbi ad Dianę Veneris, ito ad dexteram.
Ventum erat ad Veſtæ. Vtrobiq; ſubauditur templũ. Hectoris Andromache, ſubauditur uxor. Deiphobe Glauci, ſubauditur filia. Huius uideo Byrream, ſubaudi ſeruum.

Laus & uituperium.

Laus & uituperium rei uariis modis effertur, at frequentius

quentius in ablatiuo, uel genitiuo, ut
Edouardum nostrum eximia spe, summaq; uirtute principem fac erudias. Vir nulla fide. Obscuri generis nebulo. Ingenu uultus puer, ingenuiq; pudoris.

Opus & usus.

Opus & usus ablatiuum exigunt. ut Autoritate tua nobis opus est. Gell. Pecuniam qua sibi nihil esset usus, ab his quibus sciret usui esse, non accepit.

Opus autem adiectiue pro necessarius quandoq; ponitur. Cic. Dux nobis & autor opus est. Idem. Dicis nummos mihi opus esse, ad apparatum triumphi. Ter. Alia quę opus sunt, para.

De adiectiuorum constructione.

Genitiuus.

Adiectiua quę desyderium, notitiam, memoriam, atq; his contraria significant, genitiuum adsciscunt, ut
Est natura hominum nouitatis auida.
Mens futuri prescia. Memor esto breuis ęui.
Imperitos rerum eductos libere in fraudem illicis.
Non sum animi dubius, sed deuius ęqui.
Grecarum literarum rudis.

Adiectiua uerbalia in ax etiam in genitiuum ferũtur.

ut { Audax ingenij. / Tempus edax rerũ. / Virtus est uitiorũ fugax. } { Vtilium sagax. / Propositi tenax. / Pecuniarũ petax. &c. }

Ingens preterea adiectiuorum turba nullis certis regulis colligata casum patrium postulant. Quorum farraginem satis quidem amplam congesserunt, Linacrus & Despauterius. Tu uero crebra lectione, ea tibi reddes admodum familiaria.

Nomina partitiua aut partitiue posita interrogatiua quædam

quædã, & numeralia quędã, genitiuo, a quo & genus mutuãtur, gaudẽt, ut Quorũ alter te ſcientia augere poteſt, altera exemplis. Vtrum horum mauis accipe. Quiſquis fuit ille deorum. An quiſquam gentium eſt æque miſer, ut ego? Diuũm promittere nemo auderet.

Tres fratrum. Quatuor iudicum.

Sapientum octauus quis fuerit, non dum conſtat.

Primus regum Romanorum fuit Romulus.

In alio tamen ſenſu ablatiuum exigunt cum præpoſitione, ut, Primus ab Hercule. Tertius ab Aenea. In alio uero ſenſu datiuum, ut, Nulli pietate ſecundus. Vſurpantur autem & cum his prępoſitionibus E, De, Ex, Inter, Ante, ut, Eſt deus è uobis alter. Solus de ſuperis. Primus inter omnes.

Primus ibi ante omnes, magna comitante caterua.

Interrogatiuum, & eius redditiuum, eiuſdem caſus & temporis erunt. ut, Quarum rerum eſt nulla ſatietas? diuitiarum. Quid rerum nunc geritur in Anglia? Conſulitur de religione.

Fallit hæc regula quoties interrogatio ſit per cuius, ia, ium. ut, Cuium pecus? Laniorum. Aut per dictionem uariæ ſyntaxeos, ut, Furti ne accuſas, an homicidij, an utroq;? Fallit deniq; cum per poſſeſſiua Meus, tuus, ſuus. &c. reſpondendũ eſt. ut, Cuius hic codex? Meꝰ.

Comparatiua & ſuperlatiua accepta partitiue genitiuum, unde genus ſortiuntur, exigunt. Comparatiua duo, ſuperlatiua plura, inter ſe conferuntur, ut, Manuũ fortior eſt dextera, digitorum mędius eſt longiſsimus. Accipiuntur autem partitiue cum per, E, Ex, aut inter, exponuntur. ut, Vergilius poetarum doctiſsimus. i. ex poetis, uel inter poetas.

Comparatiua cum exponuntur per quam, ablatiuum adſciſcũt, ut, Vilius argentũ eſt auro, uirtutibus aurum

Aſciſcunt & alterum ablatiuum qui menſuram exceſſus ſignificant, ut, Quanto doctior es, tanto te geras ſubmiſsius.

Tanto, quanto, multo, longe, ætate, natu, utriq; gradui apponuntur. ut, Tanto peſsimus omnium poeta, quanto tu optimus omnium patronus. Nocturnæ lucubrationes longe periculoſiſsimę habentur. Longe cæteris peritior es, ſed non multo melior tamen.

Omne animi uitium, tanto conſpectius in ſe
Crimen habet, quanto maior qui peccat, habetur.

Maior & maximus natu. Maior & maximus ætate.

DATIVVS.

Adiectiua quibus commodum, incommodum, ſimilitudo, diſsimilitudo, uoluptas, ſummiſsio, aut relatio ad aliquid, ſignificatur in datiuum tranſeunt. ut, Sis bonus ô felixq; tuis.

Turba grauis paci, placideq; inimica quieti.

Eſt finitimus oratori poeta.

Qui color albus erat, nunc eſt contrarius albo.

Iucundus amicis, omnibus ſupplex.

Si facis ut patriæ ſit idoneus, utilis agro.

Huc referuntur adiectiua ex con prepoſitione compoſita, ut, cõtubernalis, cõmilito, cõſeruus, cognatus. &c. Quędam ex his quæ ſimilitudinem ſignificant, etiam genitiuo gaudent. ut,

Quem metuis, par huius erat. Patres æquũ eſſe cenſent, nos iamiam a pueris, illico naſci ſenes, neq; illarum affines eſſe rerum, quas fert adoleſcentia.

Domini ſimilis es. Mens conſcia recti.

Prętera, Regina tui fidiſsima, dextra, occidit ipſa, ſua.

Communis, alienus, immunis, uariis, caſibus ſeruiũt, ut

Ci. Cõmune animantium omnium eſt coniunctionis

appetitus

appetitus, procreãdi cauſa. Mors omnibus cõmunis Hoc mihi tecum cõmune eſt. Saluſt. Non aliena conſilii. Senec. Alienus ambitioni. Cic. Nõ alienus à Sceuolæ ſtudiis. Ouid. Vobis immunib⁹ huius eſſe mali dabitur. Plin. Caprificus omnibus immunis eſt. Immunes ab illis malis ſumus.

Natus, commodus, incommodus, utilis, inutilis, uehemens, aptus, interdum etiam accuſatiuo iunguntur. ut, Natus ad gloriam.

Verbalia in bilis, ut participia in dus, accepta paſſiue datiuo adduntur. ut,

O mihi poſt nullos, multum memorande ſodales,
Nulli penetrabilis attro, lucus erat.

ACCVSATIVVS.

Magnitudinis menſura ſubijcitur adiectiuis in accuſatiuo. ut, Gnomon ſeptem pedes longus, umbrã non amplius quatuor pedes longã reddit. Interdũ & in ablatiuo. ut, Fons latus pedibus tribus, altus triginta. Interdum etiam & genitiuo. Colu. In morem horti areas latas pedũ denûm, longas pedũ quinquagenûm facito.

ABLATIVVS.

Adiectiua quę ad copiam, ætatem ue pertinent, nũc ablatiuo, interdum & genitiuo gaudent, ut

Amor, & melle & felle eſt fecundiſsimus.
Diues agris, diues poſitis in fœnore nummis.
Referunt ſe nocte minores, crura thymo plena.
Quæ regio in terris, noſtri non plena laboris?
Diues opum, diues pictai ueſtis, & auri.
O curuæ in terras animæ, & cœleſtium inanes.

Nomina diuerſitatis ablatiuum ſibi cum præpoſitione ſubijciunt. ut, Alter ab illo. Aliud ab hoc. Diuerſus ab iſto.

Adiectiua regunt ablatiuum significantem causam. ut,
Pallidus ira. Incuruus senectute. Liuida armis brachia. Trepidus morte futura.

Forma, uel modus rei adiicitur nominibus in ablatiuo. ut, Facies miris modis pallida. Nomine grāmaticus, re barbarus. Sum tibi natura parens, præceptor cōsiliis. Troianus origine Cæsar. Spe diues, re pauper. Syrus natione.

Dignus, indignus, præditus, captus, contentus, extorris, auferendi casui adiiciuntur. ut,
Dignus es odio. Qui filium haberē tali ingenio prædituṁ.
Atq; oculis capti fodere cubilia talpæ.
Sorte tua contentus abi.

Horum nonnulla genitiuum interdum uendicant. ut,
Militia est operis altera digna tui.
Discendam magnorum haud quaq̄ indignus auorū.

DE PRONOMINVM CONSTRVCTIONE.

MEi, tui, sui, nostri, uestri, genitiui primitiuorū ponūtur cū passio significatur, Languet desyderio tui.
Parsq; tui latitat corpore clausa meo. Imago nostri.

Meus, tuus, suus, noster, uester, adiiciuntur cū actio denotatur, ut, Fauet desyderio tuo, Imago nostra.

Nostrum & uestrū genitiui, sequuntur distributiua, partitiua, comparatiua, & suplatiua, ut Vnusquisq; uestrū.
Nemo nostrum. Ne cui uestrum sit mirum.
Maior nostrum. Maximus natu uestrum.

Hæc possessiua meus, tuus, suus, noster & uester, hos genitiuos post se recipiunt, Ipsius, solius, unius, duorū, trium, & sic deinceps, omnium, plurium, paucorum, cuiusq;

iuſq;, & genitiuos participiorũ, ut, Ex tuo ipſius animo coniecturã feceris. Dico mea unius opera rempub. eſſe liberatam. Meum ſolius peccatum corrigi non poteſt. Noſter duorum euentus oſtendat, utra gens ſit melior. In ſua cuiuſq; laude præſtantior. Noſtra omnium memoria. Veſtris paucorum reſpondet laudibus. Scripta

Cum mea nemo legat, uulgo recitare timentis.

Sui & ſuus, reciproca ſunt, hoc eſt, ſemper reflectuntur ad id quod præceſsit in eadem oratione. ut,

Nimium admiratur ſe. Parcit erroribus ſuis. Aut annexa per copulam. ut, Magnopere Petrus rogat, ne ſe deleras. Cicero reminiſcitur clientum ſuorum.

Ipſe ex pronominibus trium perſonarũ ſignificationẽ repreſentat, ut Ipſe uidi, Ipſe loquere, Ipſe dixit.

Et nominibus pariter ac pronominibus adiungitur, ut

Ipſe ego, ipſe ille, ipſe Hercules.

Idem etiam omnibus perſonis iungi poteſt, ut

Ego idem adſum. Idem has nuptias perge facere. Idem iungat uulpes, & mulgeat hircos.

Hæc demonſtratiua hic, ille, iſte, ſic diſtinguntur.

Hic, mihi proximũ demonſtrat: iſte, cum qui apud te eſt: ille, cum qui ab utroq; remotus eſt, indicat.

Ille tum uſurpatur cum ob eminentiam, rem quampiam demonſtramus. ut, Alexander ille magnus. Iſte uero ponitur, quando cum contemptu rei alicuius mentionẽ facimus. ut, Iſtum æmulũ quoad poteris ab ea pellito.

Hic & ille, cum ad duo antepoſita referuntur, hic ad poſterius & propius: Ille ad prius & remotius referri debet. ut,

Agricolæ contrarium eſt paſtoris propoſitum, ille q̃ maxime ſubacto & puro ſolo gaudet: hic nouali graminoſoq;: Ille fructum è terra ſperat: hic è pecore.

DE VERBORVM CONSTRVCTIONE.

NOMINATIVVS POST VERBVM.

VERBA ſubſtantiua, ut Sum, forem, fio, exiſto, uerba uocandi paſsiua, ut Nominor, appellor, dicor, uocor, nuncupor, & ns ſimilia, ut ſcribor, ſalutor, habeor, exiſtimor. Item uerba geſtus, ut ſedeo, dormio, incedo, curro, utrinq; nominatiuum expetunt, ut

Deus eſt ſummum bonum. Perpuſilli uocantur nani.
Fides, religionis noſtræ fundamentum habetur.
Malus paſtor dormit ſupinus.
Homo incedit erectus in cœlum.

Deniq; omnia ferè uerba poſt ſe nominatiuum habent, adiectiui nominis, ut,

Rex mandauit primus extirpari idololatriã. Pñ orãt taciti. Boni dicunt ſeduli.

Infinitum quoq; utrinq; eoſdem caſus habet, præcipue cum uerba optandi eiſq; ſimilia accedunt. ut,

Hypocrita cupit uideri iuſtus, hypocrita cupit ſe uideri iuſtum. Malo diues eſſe q̃ haberi, malo me diuitem eſſe q̃ haberi.
Natura beatis oĩb⁹ eſſe dedit, ſi quis cognouerit uti.
Nobis non licet eſſe tam diſertis, uel diſertos.
Expedit bonas eſſe uobis.
Quo mihi commiſſo non licet eſſe piam?

GENITIVVS POST VERBVM.

SVm genitiuum poſtulat quoties ſignificat poſſeſsionẽ, aut ad aliquid pertinere, ut Pecus eſt Melibœi.
Adoleſcentis eſt, maiores natu uereri.
Regum eſt, parcere ſubiectis & debellare ſuperbos.

Ex-

Excipiuntur hi nominatiui, meum, tuum, ſuum, noſtrũ, ueſtrum, humanũ, beluinum, & ſimilia ut, Nõ eſt meũ contra autoritatem ſenatus dicere. Eia haud ueſtrũ eſt iracundos eſſe. Humanum eſt iraſci. At hic ſubintelligi uidetur officiũ, quod aliquando etiã exprimitur, ut Tuũ eſt officiũ, has bene ut adſimiles nuptias.

Verba æſtimandi genitiuis gaudent. ut,

Plurimi paſſim ſit pecunia. Pudor parui penditur.

Nihili, uel pro nihilo habentur literæ.

Pluris opes nunc ſunt, q̃ priſci temporis annis.

Aeſtimo, uel genitiuum, uel ablatiuum adſciſcit, ut,

Non huius te æſtimo. Magno ubiq; uirtus æſtimãda eſt.

Flocci, nauci, nihili, pili, aſsis, huius, teruncij, his uerbis æſtimo, pendo, facio peculiariter adijciuntur. ut,

Ego illum flocci pendo. Nec huius facio, qui me pili æſtimat. Singularia ſunt illa. Aequi boni conſulo.

Aequi boni facio. i. in bonam accipio partem.

Verba accuſandi, damnandi, monendi, abſoluendi, & conſimilia, genitiuum poſtulant, qui crimen ſignificet. ut, Qui alterum incuſat probri, ipſũ ſe intueri oportet. Etiam ſceleris condemnat generum ſuum.

Parce tuum uatem ſceleris damnare cupido.

Admoneto illum priſtinæ fortunæ.

Monachi, uoti abſoluti ſunt.

Vertitur hic genitiuus aliquando in ablatiuum uel cum, uel ſine præpoſitione. ut, Si in me iniquus es iudex? condemnabo te eodem crimine.

Vxorem de pudicitia grauiter accuſauit.

Putaui ea de re admonendum eſſe te.

Vterq;, nullus, alter, neuter, alius, ambo, & ſuperlatiuus gradus, non niſi in ablatiuo id genus uerbis ſubduntur. ut, Accuſas furti, an ſtupri, an utroq;? ſiue de utroq;? ambobus? uel de ambobus? neutro uel de neutro?

tro. De plurimis ſimul accuſaris.

Satago, miſereor, miſereſco, genitiuum admittunt. ut,
Is rerum ſuarum ſatagit. Oro miſerere laborũ.
Tantorum, miſerere animi non digna ferentis.
Et generis miſereſce tui.

At miſereor & miſereſco, rarius cum datiuo leguntur.
Senec. Huic ſuccurro, Huic miſereor. Boet.
Dilige iure bonos, & miſereſce malis.

Reminiſcor, obliuiſcor, memini, genitiuum aut accuſatiuum deſyderant. ut Datæ fidei reminiſcitur. Proprium eſt ſtultitiæ, aliorũ uitia cernere, obliuiſci ſuorum. Faciam, ut meiq;, & huius diei ac loci, ſemper memineris. Omnia quæ curant, ſenes meminerunt.
Memini de hac re, de armis, de te. i. mentionem feci.

Potior aut genitiuo aut ablatiuo iungitur. ut,
Romani ſignorum & armorum potiti ſunt.
Egreſſi optata potiuntur Troes arena.

DATIVVS POST VERBVM.

OMnia uerba acquiſitiue poſita, adſciſcunt datiuum eius rei, cui aliquid quocũq; modo acquiritur, ut,
Mihi iſtic nec ſeritur nec metitur,
Neſcio quis teneros oculus mihi faſcinat agnos.

Huic regulæ appendent uarii generis uerba.

In primis uerba ſignificantia commodum aut incommodum, regunt datiuum, ut,
Illa ſeges demũ uotis reſpondet auari Agricolæ,
Non potes mihi nec commodare nec incõmodare.
Validis incumbite remis.
Suam eruditionem tibi acceptam fert.

Ex his quædam etiam efferuntur, cum accuſatiuo, ut
Vnum ſtudetis omnes, unum ſentitis.

Si

Si ea memorem quę ad uentris uictũ conducunt, mora est. In hęc studia incumbite. Natura ne plus ad eloquentiam confert, an doctrina? Fessum, quies plurimum iuuat.

Verba comparandi regunt datiuum, ut
Sic paruis componere magna solebam.
Fratri se & opibus & dignatione adæquauit.

Interdum additur ablatiuus, ut,
Comparo Vergilium cum Homero.

Verba dandi & reddendi, regunt datiuum, ut,
Fortuna multis nimis dat, satis nulli.
Ingratus est, qui gratiam bene merenti non reponit.

Hæc uariam habent constructionem, Dono tibi mun⁹.
Dono te munere. Huic rei aliquid tẽporis imptias.
Plurima salute Parmenonẽ suũ sũmũ impertit Gnato
Aspersit mihi labem. Aspersit me labe.
Instrauit equo penulam, Instrauit equum penula.
Vt piget infido consuluisse uiro. i. dedisse consilium.
Rectorẽq; ratis de cũctis cõsulit astris. i. petit cõsiliũ.
Pessime istuc in te atq; in illum consulis.
Metuo, timeo, formido tibi & a te uel de te. i. sum sollicitus pro te.
Metuo, timeo, formido te, scilicet ne mihi noceas.

Verba promittendi ac soluendi regunt datiuũ. ut,
Hæc tibi promitto, ac recipio sanctissime esse obseruaturum. Aes alienum mihi numerauit.

Verba imperandi, & nunciandi datiuum requirunt. ut,
Imperat aut seruit collecta pecunia cuiq;.
Quid de quoq; uiro, & cui dicas sæpe caueto.

Dicimus, tempero, moderor tibi & te.

Refero tibi & ad te. Item. Refero ad senatũ. i. propono, scribo, mitto tibi & ad te.

Do tibi literas, ut ad aliquem feras, do ad te literas. i. mitto.

Verba fidendi datiuum regunt. ut,
Vacuis committere uentis, nil nisi leue decet.
Mulieri ne credas, ne mortuæ quidem.
Verba obsequendi & repugnandi, datiuum regunt. ut,
Semper obtemperat pius filius patri.
Quæ homines arant, nauigant, ædificant, uirtuti omnia parent. Ipsum hunc orabo, huic supplicabo.
Venienti occurrite morbo.
Ignauis precibus fortuna repugnat.
At ex his quædam cum alijs casibus copulantur.
Ad amorem nihil potuit accedere.
Illud constat omnibus, seu inter omnes.
Hæc fratri mecum non conueniunt. Sæuis inter se conuenit ursis. Ausculto tibi. i. obedio. Ausculto te. i. audio. Adamas dissidet magneti, seu cum magnete. Certat illi, uel cum illo.
Tu dic mecum quo pignore certes.
Verba minandi & irascendi, regunt datiuum. ut,
Vtriq; mortem minatus est.
Adolescenti nihil est quod succenseat.
Sum cum compositis, præter possum, datiuũ exigit, ut,
Rex pius est reipub. ornamento. Mihi nec obest, nec prodest. Multa petentibus, desunt multa.
Datiuum postulant uerba composita cum his præpositionibus,

PRAE.

Ego meis maioribus uirtute præluxi.
Sed præco pro uinco, præcedo, præcurro, præuertor, accusatiuo iunguntur.

AD.

Albo gallo ne manum admoliaris.

CON.

Mulier quędam ex Andro, commigrauit huic uiciniæ.

Sub

SVB.

Subolet iam uxori, quod ego machinor.

ANTE.

Iniquiſſimam pacem, iuſtiſsimo bello antefero.

POST.

Omnes poſthabui mihi res, ita ut par fuit.

OB.

Quum nemini obtrudi poteſt, itur ad me.

IN.

Impendet omnibus periculum.

INTER.

Malleolus uitibus interſerendus eſt.

Pauca ex his mutant datiuum aliquoties in aliũ caſũ, ut

Præſtat ingenio alius, alium.

Multos uirorum anteit ſapientia. In amore hæc inſunt uitia. Interdico tibi aqua & igni.

Eſt pro habeo datiuum exigit. ut,

Velle ſuum cuiq; eſt, nec uoto uiuitur uno.

Eſt mihi nanq; domi pater, eſt iniuſta nouerca.

Huic confine eſt ſuppetit. ut,

Pauper enim non eſt, cui rerum ſuppetit uſus.

Sum cum multis alijs geminum adſciſcit datiuum. ut,

Exitio eſt auidis mare nautis.

Speras tibi laudi fore, quod mihi uitio uertis.

Nemo ſibi Mimos accipere debet fauori.

Suo ſibi gladio hunc iugulauit.

Additur hic datiuus feſtiuitatis cauſa.

ACCVSATIVVS POST VERBVM.

VErba tranſitiua cuiuſcunq; generis, ſiue actiui, ſiue communis, ſiue deponentis, exigunt accuſatiuum. ut, Percontatorem fugito, nam garrulus idem eſt.

Nec retinent patulę commiſſa fideliter aures.
Inprimis uenerare deos. Aper agros depopulatur.
Etiam & uerba neutra accuſatiuum admittunt cognatæ ſignificationis. ut
Tertiam ætatem hominum uiuebat Neſtor.
Longam incomitata uidetur ire uiam.
Duram ſeruit ſeruitutem.
Hunc accuſatiuum mutãt autores non raro in ablatiuũ. ut, Diu uideor uita uiuere. Ire recta uia.
Morte obijt repentina.
Sunt & quæ figurate accuſatiuum habent. ut,
Nec uox hominem ſonat, o dea certe.
Qui Curios ſimulant, & Bacchanalia uiuunt.
Paſtillos Rufillus olet, Gorgonius hircum.

Duo accuſatiui.

Verba rogandi, docendi, ueſtiendi, duplicem regunt accuſatiuum, ut, Tu modo poſce deum ueniam.
Dedocebo te iſtos mores.
Ridiculum eſt, te me admonere iſtud.
Induit ſe calceos, quos prius exuerat.
Rogandi uerba interdum mutant alterum accuſatiuum in ablatiuum. ut,
Ipſum obteſtemur, ueniamq; oremus ab ipſo.
Suſpitionem iſtam ex illis quęre.
Veſtiendi uerba interdum mutant alterum accuſatiuum in ablatiuum, uel datiuum. ut,
Induo te tunica, uel tibi tunicam. Hoc te celauimus unum. Baſſus noſter, de hoc me celauit.

ABLATIVVS POST VERBVM.

Voduis uerbum admittit ablatiuũ ſignificantem inſtrumentum, aut cauſam, aut modum actionis, Inſtru-

INSTRVMENTVM.

Dęmona non armis, ſed morte ſubegit Ieſus.
Naturam expellas furca, tamen uſq; recurrit.
Hi iaculis, illi certant defendere ſaxis.

CAVSA.

Gaudeo (ita me dij ament) gnati cauſa.
Inuidus alterius rebus macreſcit opimis.
Vehementer ira excanduit.

MODVS.

Mira celeritate rem peregit.
Dum uires animiq; ſinunt, tolerate laborem.
Iam ueniet tacito curua ſenecta pede.

Ablatiuo cauſæ & modi aliquando additur præpoſitio, ut, Baccharis præ ebrietate.
Summa cum humanitate tractauit hominem.

Quibuſlibet uerbis ſubijcitur nomen precij in ablatiuo caſu, ut
Teruncio, ſeu uitioſa nuce non emerim.
Multo ſanguine ac uulneribus ea uictoria ſtetit.
Vili, paulo, minimo, magno, nimio, plurimo, dimidio
Duplo, adiiciuntur ſæpe ſine ſubſtantiuis, ut
Redime captum q̃ queas minimo. Vili uęnit triticũ,
Conſtat paruo fames, magno faſtidium.

Excipiuntur hi genitiui, ſine ſubſtantiuis poſiti, tanti, quanti pluris, minoris, tantiuis, tantidem, quantilibet, quanticunq;, ut
Tanti eris aliis, quanti tibi fueris.
Non uendo pluris q̃ alį, fortaſſe etiam minoris.
Vix Priamus tanti totaq; Troia fuit.

Sin addantur ſubſtantiua, in ablatiuo efferuntur, ut
Tanta mercede docuit, quanta hactenus nemo.

Plu. Mi-

Minori precio uendidi, q̃ emi.
Valeo etiam interdum cũ accusatiuo iunctũ reperitur. ut,
Denarij dicti, q⁹ denos æris ualebãt, quarij q⁹ quinos.
Verba abundandi, implendi, onerãdi, & his diuersa ablatiuo gaudent, ut,
Amore abundans Antipho.
Malo uirum pecunia, q̃ pecuniam uiro indigentem.
Sylla omnes suos diuitijs expleuit.
Hoc te crimine expedi.
Homines nequissimi, quibus te onerarũt mendacijs.
Ego hoc te fasce leuabo.
Aliquem familiarem suo sermone participauit.
Ex quibus quædã nõnunquã etiã in genitiuũ ferũtur, ut
Quam diues miuei pecoris, q̃ lactis abundans.
Quasi tu huius indigeas patris.
Quid est, quod in hac causa defensionis egeat?
Implentur ueteris Bacchi, pinguisq; fermæ.
Postquam dextra fuit cædis saturata.
Omnes mihi labores leues fuere, prẽterquam tui carendũ q⁹ erat. Paternũ seruũ sui participauit cõsilij
Fungor, fruor, utor & similia, ablatiuo iunguntur.
Qui adipisci ueram gloriam uolunt, iustitiæ fungãtur officijs. Optimum est aliena frui insania.
In re mala, animo si bono ũtare, iuuat.
Aspice uenturo lætentur ut omnia sæclo.
Qui sua uictoria tam insolenter gloriarentur.
Destruit, ædificat, mutat quadrata rotundis.
Vescor carnib⁹. Haud equidẽ tali me dignor honore
Vt malis gaudeat alienis.
Exemplorum multitudine superfidendum est.
Regni eum societate munerauit.
Communicabo te semper mensa mea.
Prosequor te amore, laude, honore. &c. i. amo, laudo,

laudo, honoro.

Afficio te gaudio, supplicio, dolore. &c.i. exhilaro, punio, contristo.

Mereor cum aduerbijs, bene, male, melius, peius, optime, pessime, ablatiuo adhæret. ut,

De me nunq̃ bene meritus es.

Erasmus de lingua latina optime meritus est.

Catilina pessime de rep. meruit.

Quædam accipiendi, distandi, & auferendi uerba ablatiuum cum præpositione optant. ut,

Istuc à multis iam pridem audiueram.

A trepido uix abstinet ira magistro.

Nasci à principibus fortuitum est.

Procul abest ab urbe imperator.

Vertitur hic ablatiuus aliquando in datiuum. ut,

Viuere si recte nescis, discede peritis.

Est uirtus placitis abstinuisse bonis.

Heu fuge nate dea teq; his (ait) eripe flammis.

Verbis quę uim comparationis obtinent, adiicitur ablatiuus significans mensuram excessus, ut

Deforme existimabat, quos dignitate prestaret, ab ijs uirtutibus superari.

Quibuslibet uerbis additur ablatiuus absolute sumptꝰ. ut, Imperante Augusto natus est Christus, imperante Tyberio crucifixus.

Credo pudicitiam Saturno rege moratam
In terris.

Nil desperandum Christo duce & auspice Christo.

Iam Maria, audito Christum uenisse, cucurrit.

Verbis quibusdam additur auferendi casus per synecdochen, & poetice accusatiuus, ut

Egrotat animo magis quàm corpore.

Candet dentes, Rubet capillos,

Quæ-

Quædam tamen efferuntur in gignendi casu, ut

Absurde facis, qui angas te animi.

Exanimatus pendet animi. Desipiebam mentis. Plau.

Discrucior animi, quia ab domo abeundum est mihi.

Eidem uerbo diuersi casus, diuersę rationis apponi possunt. ut, Dedit mihi uestem pignori, te presente, propria manu.

Passiuis additur ablatiuus agentis, sed antecedente prę positione, interdum & datiuus. ut

Laudatur ab his, culpatur ab illis.

Honesta bonis uiris, non occulta petuntur,

Quorum participia frequentius datiuis gaudent, ut

Nulla tuarum audita mihi nec uisa sororum.

Oblitusq; meorum, obliuiscendus & illis.

Cęteri casus manent in passiuis qui fuerunt actiuorum. ut, accusaris a me furti. Habeberis ludibrio. Dedoceberis a me istos mores. Priuaberis magistratu.

Vapulo, uęneo, liceo, exulo, fio, neutropassiua, passiuā constructionem habent, ut

A præceptore uapulabis.

Malo a ciue spoliari q̄ ab hoste uęnire.

Quid fiet ab illo? Virtus paruo precio licet ab oībus

Cur a conuiuiis exulat philosophia?

Quibusdam tū uerbis, tum adiectiuis, familiariter subnęciuntur uerba infinita. ut,

Iuuat usq; morari, & conferre gradum.

Dicere quæ puduit, scribere iussit amor.

Vis fieri diues pontice? nil cupias.

Et erat tum dignus amari. Audax omnia perpeti gens humana ruit, per uetitum nefas.

Ponuntur interdum figurate, & absolute, ut

Hæccine fieri flagitia?

Crimmibus terrere nouis, hinc spargere uoces.

Et quærere conscius arma, i. terrebat, spergebat, quę-

quærebat.

DE GERVNDIIS.

Gerundia & ſupina regunt caſus ſuorũ uerborũ. ut
Efferor ſtudio uidendi parentes.
Vtendum eſt ætate, cito pede labitur ętas.
Scitatum oracula Phæbi mittimus.

DI

Gerundia in di pendent à quibuſdam tum ſubſtantiuis, tum adiectiuis, ut,
Et quæ tanta fuit Romam tibi cauſa uidendi?
Cecropias innatus apes amor urget habendi.
Aeneas celſa in puppi, iam certus eundi.
Poetice infinitus loco gerundii ponitur. ut,
Studium quibus arua tueri. Peritus medicari.
Interdum non inuenuſte adȝcitur gerundiis etiam genitiuus pluralis. ut,
Quum illorum uidendi gratia me in forũ cõtuliſſem.
Date creſcendi copiam nouarum.
Cõceſſa eſt diripiendi pomorũ atq; obſoniorũ licẽtia

DO

Gerundia in do pendent ab his prȩpoſitionibus.

A	De	Cum	ut
Ab	E	In	
Abs	Ex	Pro	

Ignaui à diſcendo cito deterrentur.
Amor & amicitia, utrunq; ab amando dictum eſt.
Ex defẽdẽdo q̃ ex accuſãdo uberior gloria cõparatur
Conſultatur de tranſeundo in Galliam.
Recte ſcribendi ratio cum loquendo iuncta eſt.
Pro uapulando ab hoſte mercedem petam.
Ponuntur & ſine præpoſitione. ut,
Alitur uitium creſcitq; tegendo.

Scribendo discēs scribere.

DVM,

Gerundia in Dum pendent ab his præpositionibus.

Inter, Ante, Ad — Ob, Propter

Inter cœnandum hilares este.
Ante damnandum ingentes tollent animos.
Locus ad agendum amplissimus.
Ob absoluendum munus ne acceperis.
Veni propter te redimendum.

Cum significatur necessitas ponuntur citra præpositionem addito uerbo est.ut

Orandum est,ut sit mens sana in corpore sano.
Vigilandum est ei, qui cupit uincere.

Gerundia in nomina uertuntur.

Vertuntur gerundia in nomina adiectiua. ut,

Tantus amor florum, & generandi gloria mellis.
Ad accusandos homines duci prẽmio, proximum latrocinio est.
Cur adeo delectaris criminibus inferendis?

DE SVPINIS.

TVM,

HRius supinum actiue significat, & sequitur uerbum aut participium significans motum ad locum, ut

Spectatum ueniunt, ueniunt spectentur ut ipsæ.
Milites sunt missi speculatum arcem.

Illa uero do uænũ, do filiã nuptũ, latentẽ habent motũ. At hoc supinum in neutropassiuis, & cum infinito iri, passiue significat. ut, Coctum ego nõ uapulatum, dudũ cõductus sum. Postq̃ audierat non datũ iri uxorem filio,

filio. Poetæ dicunt, Eo uisere, uado uidere.
Ponitur & absolute cũ uerbo est.ut, Actum est,ilicet periisti. Itum est in uiscera terræ. Cessatum est satis.

TV,

Posteriùs supinum passiue significat,& sequitur nomina adiectiua, ut

Sum extra noxam, sed non est facile purgatu.
Quod factu fœdum est, idem est dictu turpe.
Qui pecunia non mouetur, hunc dignum spectatu arbitramur. In istis uero,Surgit cubitu, redit uenatu: cubitu & uenatu, nomina potius censenda uidentur, q̃ supina.

DE TEMPORE ET LOCO.

TEMPVS.

QVę significant partem temporis in ablatiuo frequentius usurpantur in accusatiuo raro. Nemo mortaliũ oĩbus horis sapit. Nocte latent mendę.
Id tempus creatus est consul.
Quę autem durationem temporis denotant in accusatiuo, interdum & ablatiuo efferuntur. ut,
Hic iam tercentum totos regnabitur annos.
Noctes atq; dies patet atri ianua ditis.
Hic tamen hac mecum poteris requiescere nocte.
Imperauit triennio, & decem mensibus,octoq; diebus.
Dicimus etiam. In paucis diebus, de die, de nocte.
Promitto in diem. Commodo in mensem. Annos ad quinquaginta natus. Per tres annos studui. Puer id ętatis. Non plus triduum aut triduo. Tertio, uel ad tertium calendas uel calendarum.

SPACIVM LOCI.

Spaciũ loci in accusatiuo effertur,interdũ & in ablatiuo. ut, Die quibus in terris (& eris mihi magnus Apollo.)

Treis pateat cœli ſpacium, non amplius ulnas.
Iam mille paſſus proceſſerã. Abeſt bidui, ſubintelligitur ſpacium. Abeſt ab urbe quingentis paſſuum millibus.

APPELLATIVA LOCORVM.

Nomina appellatiua, & nomina maiorum locorum adduntur ferè cum prępoſitione uerbis ſignificantibus in loco, ad locum, à loco, aut per locum. ut,

In foro uerſatur. Meruit ſub rege in Gallia.
Ad templum non æquę palladis ibant
Iliades.
Legantur in Hiſpaniam maiores natu nobiles.
E Sicilia decedens Rhodum ueni.
Per mare ibis ad Indos.

Omne uerbum admittit genitiuum proprij nominis loci in quo fit actio, modo primę uel ſecundę declinationis & ſingularis numeri ſit. Quid Romę faciam? Mentiri neſcio. Samia mihi mater fuit: ea habitabat Rhodi.

Hi genitiui, humi, domi, militię, belli pro propriis uſurpantur. ut, Domi belliq; ſimul uiximus.
Parui ſunt foris arma, niſi eſt conſilium domi.

Domi, non alios ſecũ patitur genitiuos, q̃ meę, tuę, ſuę, noſtrę, ueſtrę, alienę. ut, Verſor domi meę, non alienę.

Verum ſi proprium loci, pluralis dumtaxat numeri, aut tertiæ declinationis fuerit, in datiuo aut ablatiuo ponitur. ut, Colchus an Aſſyrius, Thebis nutritus, an Argis.

Sueton. Lentulus Getulicus Tiburi genitum ſcribit.
Liui. Neglectum Anxuri præſidium.
Cic. Cum una ſola legione fuit Carthagini.
Romę Tibur amem uentoſus, Tibure Romam.
Cic. Cum tu Narbone menſas hoſpitum conuomeres.
Idem. Commendo tibi domum eius, quę eſt Sycione.

Sic utimur ruri, uel rure in ablatiuo. ut,

Ruri ferè ſe continet. Rure paterno eſt tibi far modicũ.

Ad

AD LOCVM.

Verbis ſignificantibus motum ad locũ apponitur proprium loci in accuſatiuo.ut, Cõceſsi Cantabrigiam ad capiendum ingenii cultum.Eo Londinum ad merces emendas.Ad hunc modum utimur rus & domus.ut

Ego rus ibo.Ite domũ ſaturę,uenit heſperꝰ,ite capellę

A LOCO PER LOCVM.

Verbis ſignificantibus motum à loco aut per locum adiicitur proprium loci in ablatiuo.ut

Niſi ante Roma profectus eſſes, nunc eã relinqueres.

Eboraco ſiue per Eboracum ſum facturus iter.

Ad eundem modum uſurpantur domus & rus,ut,

Nuper exiit domo. Timeo ne pater rure redierit.

DE IMPERSONALIVM CONSTRVCTIONE.

GENITIVVS.

HAEC tria impersonalia, intereſt, refert, & eſt, quibuſlibet genitiuis annectũtur, prę̃ter,mea, tua, ſua, noſtra, ueſtra, & cuia. ut,

Intereſt magiſtratus tueri bonos, animaduertere in malos. Refert multum chriſtianæ reip. epiſcopos doctos & pios eſſe. Prudentis eſt multa diſſimulare.

Tua refert teipſum noſſe.

Ea cędes crimini potiſsimum datur ei,cuia interfuit, non ei, cuia nihil interfuit.

Adiiciuntur & illi genitiui, tanti, quanti, magni, parui, quanticunq;, tantidem. ut,

Magni refert, quibuſcum uixeris. Tanti refert honeſta agere. Veſtra parui intereſt. Et intereſt ad laudẽ meam.

DATIVVS.

In datiuum feruntur hæc impersonalia, accidit, certũ est, contingit, cõstat, confert, cõpetit, conducit, conuenit, displicet, dolet, expedit, euenit, liquet, libet, licet, nocet, obest, prodest, præstat, patet, stat, placet, restat, benefit, malefit, satisfit, supersit, sufficit, uacat. ut,

Conuenit mihi tecum.

Emori per uirtutẽ mihi præstat, q̃ per dedecus uiuere.

Non uacat exiguis rebus adesse Iouẽ.

Dolet dictum imprudenti adolescenti & libero: subauditur esse. A nouerca malefit priuignis.

A deo nobis benefit. Stat casus renouare omnes.

ACCVSATIVVS.

Hæc impersonalia accusandi casum exigunt, iuuat, decet, dedecet, delectat, oportet. ut,

Me iuuat ire per altum. Vxorem ædes curare decet.

Dedecet uiros muliebriter rixari. Cato.

Patrem familias uendacem, non emacẽ esse oportet.

His uero, attinet, ptinet, spectat, additur prępositio ad. ut, Me ne uis dicere quod ad te attinet?

Spectat ad omnes bene uiuere.

Quintil. Pertinet in utramq; partem.

ACCVSATIVVS CVM GENITIVO.

His impersonalibus subiicitur accusatiuus cum genitiuo, pœnitet, tędet, miseret, miserescit, pudet, piget. ut, Cic. Si ad centesimum uixisset annum, senectutis eum suæ nõ pœniteret. Tędet animã meam uitę meæ.

Aliorum te miseret, tui nec te miseret, nec pudet.

Fratris me quidem pudet pigetq;.

Nonnulla impersonalia remigrant aliquando in personalia

nalia. ut, Non omnes arbuſta iuuant.
Nanq; decent animos mollia regna tuos.
Agricolam arbor ad frugem perducta delectat.
Nemo miſerorum commiſereſcit.
Te non pudet iſtud? Non te hæc pudent?

Cœpit, incipit, deſinit, debet, ſolet, & poteſt, perſonalibus iuncta, impersonalium formam induunt. ut,
Vbi primũ cœperat non conuenire, quæſtio oriebatur.
Tædere ſolet auaros impendŋ. Deſinit illum ſtudŋ tædere. Sacerdotem inſcitiæ pudere debet.
Peruenire ad ſummum, niſi ex principijs non poteſt.

Verbum impersonale paſsiuæ uocis, ſimilem cum perſonalibus paſsiuis caſum obtinet. ut,
Ab hoſtibus conſtanter pugnatur.

Qui quidem caſus interdum non exprimitur. ut,
Strato diſcumbitur oſtro.

Verbum impersonale paſsiuæ uocis, pro ſingulis perſonis utriuſq; numeri indifferenter accipi poteſt. ut,
Statur, id eſt, ſto, ſtas, ſtat, ſtamus, ſtatis, ſtant.

DE PARTICIPII CONSTRVCTIONE.

PArticipia regunt caſus uerborum a quibus deriuãtur. ut, Duplices tendens ad ſydera palmas, talia uoce refert.
Vbera lacte domum referent diſtenta capellæ.
Diligendus ab omnibus. Quanq̃ in his uſitatior eſt datiuus. ut, Reſtat Chremes qui mihi exorandus eſt.

GENITIVVS.

Participia cum ſiunt nomina, genitiuum poſtulant. ut,
Alieni appetens. Sui profuſus. Cupientiſsimus tui.
Inexpertus belli. Indoctus pilæ.

Accu-

ACCVSATIVVS.

Exoſus, peroſus, pertæſus, in accuſatiuum feruntur. ut,
Immundam ſeguitiem peroſæ. Aſtronomus exoſus
ad unum mulieres. Pertęſus ignauiam ſuam.
Exoſus & peroſus etiam cum dandi caſu leguntur. ut,
Germani Romanis peroſi ſunt. Exoſus deo & ſãctis.

ABLATIVVS.

Natus, prognatus, ſatus, cretus, creatus, ortus, editus, in ablatiuum feruntur. ut,
Bona bonis prognata. Sate ſanguine diuûm.
Quo ſanguine cretus. Venus orta mari, mare
Præſtet cunti. Terra editus.

DE ADVERBII CONSTRVCTIONE.

NOMINATIVVS.

EN & ecce demonſtrantis aduerbia, nominatiuo frequentius, accuſatiuo rarius iunguntur.
En Priamus: ſunt hic etiam ſua præmia laudi.
Ecce tibi ſtatus noſter. En quatuor aras.
Ecce duas tibi Daphni, duoq; altaria Phœbo.
En exprobrantis ſoli accuſatiuo nectitur. ut,
En animum & mentem. En habitum.

GENITIVVS.

Quædam aduerbia loci, temporis, & quantitatis, genitiuum poſt ſe recipiunt.

LOCI

Vt, Vbi, ubinam, nuſq̃, eò, longe, quò, ubiuis, huccine. ut, Vbi gentium? Quo terrarum abiit?
Nuſq̃ loci inuenitur. Eò impudentię uentum eſt.

TEMPORIS

ut,

ut, Nunc, tunc, interea, pridie, poſtridie. ut,
Nihil tunc temporis amplius q̃ flere poteram.
Pridie eius diei pugnam inierunt.
Pridie calendarum, ſeu calendas.

QVANTITATIS

ut, Parum, ſatis, abunde. &c.
Satis loquentię, ſapientię parum.
Abunde fabularum audiuimus.

Inſtar æquiparationem, menſuram, aut ſimilitudinem ſignificat. ut,
Inſtar montis equum diuina Palladis arte
Aedificant. Mittitur Philippus
ſolus, in quo inſtar omnium auxiliorum erat.
Sed ſcelus hoc meriti pondus & inſtar habet.

Hic apponitur interdum prępoſitio ad. ut,
Vallis ad inſtar caſtrorum clauditur.
Populus Ro. è parua origine, ad tantę magnitudinis inſtar emicuit.

Ah minime gentium, non faciam. Hic genitiuus feſtinitatis cauſa additur.

DATIVVS.

Quædam datiuum admittunt noīm unde deducta ſunt. ut, Venit obuiam illi. Nam obuius illi dicitur.
Canit ſimiliter huic, & ſibi inutiliter uiuit.
Propinquius tibi ſedet q̃ mihi.

Sunt & hi datiui aduerbiales, tempori, luci, ueſperi, ut,
Tempori uenit, quod omnium rerum eſt primum.
Luci occidit hominem. Vidi ad uos afferri ueſperi.

ACCVSATIVVS.

Sunt quæ accuſandi caſum admittunt præpoſitionis, unde ſunt profecta. ut,
Caſtra propius urbem mouentur.

Proxime Hyſpaniam ſunt Mauri.
Cedo, flagitantis exhiberi accuſatiuum regit. ut,
Cedo quemuis arbitrum.

ABLATIVVS.

Aduerbia diuerſitatis, aliter, ſecus, & illa duo, ante, poſt, cum ablatiuo non raro inueniuntur. ut,
Multo aliter, Paulo ſecus, Multo ante, Longe ſecus,
Et longo poſt tempore uenit. paulo poſt.
Aduerbia comparatiui & ſuperlatiui gradus admittunt caſus earum uocum, unde deducuntur. ut,
Acceſsi propius illo. Optime omnium dixit.
Legimus propius ad deos, & propius a terris.
Plus nominatiuo, accuſatiuo, & ablatiuo, iungi reperitur. ut, Plus quinquaginta hominum ceciderunt.
Aberat acies paulo plus quingentos paſſus.
Dies triginta, aut plus eo, in naui fui.

QVIBVS modis uerborum quæ congruant aduerbia.

Vbi, poſtq̃ & quum, temporis aduerbia, interdum indicatiuis, interdum uero ſubiunctiuis uerbis apponuntur. ut, Hæc ubi dicta dedit.
Vbi nos lauerimus, ſi uoles, lauato.
Quum faciam uitula, pro frugibus ipſe uenito.
Quũ canerem reges, & prælia, Cynthius aurẽ uellit.

DONEC,

Donec pro q̃diu indicatiuo gaudet. ut,
Doñec eram ſoſpes: Pro quouſq;,
nunc indicatiuum, nunc ſubiunctiuum exigit. ut,
Cogere donec oues ſtabulis, numerumq;
Iuſsit. Col. Donec ea aqua, quã adieceris, decocta ſit.

DVM,

Dum, de re præſenti non perfecta, aut pro quamdiu, fatendi

fatendi modum posſit. ut,

Dum apparatur uirgo in conclaui.

Ego te meum dici tantiſper uolo: dum quod te dignum eſt, facis.

Dum pro dummodo, aliâs potentiali, aliâs ſubiunctiuo nectitur. ut, Dum proſim tibi. Dum ne ab hoc me falli comperiam. Dum pro donec ſubiunctiuo tantum. ut, Tertia dum latio regnantem uiderit æſtas.

QVOAD,

Quoad pro q̃diu uel indicatiuis uel ſubiũctiuis: pro donec ſubiunctiuis ſolis adhibetur. ut,

Quoad expectas contubernalem?

Quoad poſsẽ, & liceret, ab ei⁹ latere nunq̃ diſcederẽ.

Oĩa integra ſeruabo, quoad exercitus huc mittatur.

SIMVLAC. &c.

Simulac ſimulatq; indicatiuo & ſubiunctiuo adhęrent.

Simulac belli patiens erat.

Simulatq; adoleuerit ętas.

QVEMADMODVM. &c.

Quemadmodum, ut, utcunq;, ſicut, utrunq; modum admittunt. ut, Vt ſalutabis, ita & reſalutaberis.

Vt ſementem feceris, ita & metes.

Vt pro poſtquam indicatiuo iungitur. ut,

Vt uentum eſt in urbem.

QVASI. &c.

Quaſi, ceu, tanquam, perinde, acſi, haud ſecus, acſi, quũ proprium habent uerbum, ſubiunctiuo apponuntur. ut,

Tanquam feceris ipſe aliquid.

Quaſi non norimus nos inter nos.

Aliâs copulant conſimiles caſus. ut,

Noui hominem tanq̃ te. Arridet mihi quaſi amico.

NE.

Ne prohibendi uel imperatiuis, uel ſubiunctiuis prępo-

nitur. ut, Ne ſęui magna ſacerdos.
Hic nebulo magnus eſt, ne metuas.
Ne pro non, cæteris modis inſeruit.
Aduerbia accedente caſu, tranſeunt in prępoſitiones.
ut, Cantabit uacuus coram latrone uiator.

DE CONIVNCTIONVM CONSTRVCTIONE.

Coniũctiones copulatiuæ, & diſiunctiuę cũ his quatuor, q̃, niſi, prętęrq̃, an, ſimiles oĩno caſus nectũt, niſi caſualis dictionis ratio aliqua priuata repugnet. ut,
Socrates docuit Xenophontem & Platonem.
Vtinam callidus eſſes aut frigidus. Eſt minor natu q̃ tu. Nemini placet niſi, uel prętęrq̃ ſibi.
Emi librum centuſſi & pluris.
Vixi Romæ & Venetijs. Hora
In Meti deſcendat iudicis aures, & patris & noſtras.
Coniunctiones copulatiuæ & diſiunctiuę, aliquoties ſimiles modos & tempora conglutinant. ut,
Recto ſtat corpore, deſpicitq; terras.
Niſi me lactaſſes amantem, & uana ſpe produceres.
Tibi gratias egi, & te aliquando collaudare poſſum.

ETSI. &c.

Etſi, tametſi, etiamſi, quanq̃, in principio orationis, indicatiuos modos, in medio ſubiunctiuos poſtulant.
Quamuis & licet ſubiunctiuos frequentius. ut,
Etſi nihil noui afferebatur.
Quanq̃ animus meminiſſe horret.
Quamuis Elyſios miretur Græcia campos.
Ipſe licet uenias muſis comitatus Homere.

NI NISI. &c.

Ni, niſi, ſi, ſiquidem, quòd, quia, quàm, poſtq̃, poſteaq̃, ubi

pro

pro postq̃, nunq̃, priusq̃, & indicatiuis, & subiunctiuis adhęrent. ut,

Quod redieris incolumis gaudeo.

Castigo te non q̃ odio habeam, sed q̃ amem.

Aliud honestum iudicas, q̃ philosophi statuant.

Grauius accusas, q̃ patitur tua consuetudo.

Si, utriq; modo iungitur, at si, pro q̃uis subiũctiuo tãtũ ut, Redeam: non, si me obsecret. Si quis, tantum indicatiuo. ut, Si quis adest.

QVANDO. &c.

Quando, quãdoquidem, quoniã indicatiuo iunguntur. ut, Dicite quandoquidem in molli cõcedimus herba.

Quoniam mihi non credis, ipse facito periculum.

QVIPPE.

Quippe quũ propriũ habet uerbũ, gaudet indicatiuo. ut

Danda est huic uenia, quippe ægrotat.

Si addideris qui, utrunq; admittit modum. ut,

Non est huic danda uenia, quippe qui iam bis peierauit siue peierauerit.

QVI.

Qui cum habet uim casualem subiunctiuum postulat, ut

Stultus es qui huic credas.

CVM.

Cum pro quamuis, pro quandoquidem uel quoniam subiunctiuis semper adhęret. ut,

Nos cum præcipi nihil posse dicamus, tamen alijs de rebus disserere solemus.

Cum sis officijs Gradiue uirilibus aptus.

CVM, TVM.

Cum & tum, item tũ geminatũ, similes modos copulãt.

Est autem in cum quiddã minus, in tũ quiddã maius.

Amplectitur cũ eruditos oẽs, tũ in primis Marcellũ.

Odit tum litteras tum uirtutem.

NE, AN, NVM.

Ne, an, nũ, interrogandi particulę, indicatiuũ amant. ut,
Superat ne & uehitur aura ętherea?
At quum accipiuntur dubitatiue, aut infinite, subiunctiuum postulant. ut, Vise num redierit.
Nihil refert feceris ne, an persuaseris.

VT

Vt, causalis seu perfectiua coniunctio, & ut, pro ne non, posit uerba timoris, nũc, potentiali, nunc subiũctiuo iungitur. ut, Filium perduxere illuc secum, ut una esset meũ.
Te oro Daue ut redeã iã ĩ uiã. Metuo ut subsitet hospes.
Vt concedentis, & ut, pro utpote, subiunctiuo seruit. ut
Vt omnia contingant quę uolo, leuari non possum.
Non est tibi fidendum, ut qui toties fefelleris.
Vt qui solus relictus fueris.
Vt pro postq̃, pro quemadmodum, uel sicut, & interrogatiuum, indicatiuis nectitur. ut,
Vt ab urbe discessi, nullã intermisi diẽ, quin scriberem
Tu tamen has nuptias perge facere, ut facis.
Credo, ut est dementia. Vt ualet? ut meminit nostri?

DE PRAEPOSITIONVM CONSTRVCTIONE.

PRępositio subaudita, interdũ facit, ut addatur ablatiuus. ut Habeo te loco parentis. Apparuit illi humana facie. Discessit magistratu.
Prępositio in cõpositione eũdem nõnunq̃ casum regit, quem & extra compositionem regebat. ut,
Nec posse Italia Teucrorum auertere regem.
Emoti procumbunt cardine postes.
Detrudunt naues scopulo.
Verba composita cum, A, ab, ad, con, de, e, ex, in, aliquãdo exigũt easdem prępositiones cum suo casu extra compo-

compositionem. ut, Abstinuerunt a uiris. Amicos aduocabo ad hanc rem. Cum legibus conferemus. Detrahere de tua fama nunq̃ cogitaui. Cum ex insidijs euaseris. Postq̃ excessit ex ephebis. In remp. cogitatione curaq; incumbe.

IN.

In, pro erga, contra, & ad, accusandi casum habet. ut,
Accipit in Teucros animum, mentemq; benignam.
Quid meus Aeneas in te committere tantum,
Quid Troes potuere?
Quò te Meri pedes? an quò uia ducit, in urbem?
Item in, accusatiuo iungitur, quoties diuisio, mutatio, aut incrementum rei cum tempore significatur. ut,
Est locus in parteis, ubi se uia findit in ambas.
Versa est in cineres sospite Troia uiro.
Amor crescit in horas.
In, cum significatur actus in loco ablatiuum postulat. ut
Aurum in igni spectatur.

SVB.

Sub, pro ad, per, & ante, accusatiuo innititur. ut,
Sub umbram properemus. Legati ferè sub id tempus, ad res repetendas missi. i. per id tempus.
Sub noctem cura recursat. i. ante, uel instante nocte.
Aliàs ablatiuum admittit. ut,
Quicquid sub terra est in apricum proferet ætas.
Sub nocte silenti. i. in nocte silenti.

SVPER.

Super, pro ultra accusatiuo iungitur. ut,
Super Garamantas, & Indos proferet imperium.
Super, pro de, & in, ablatiuo. ut, Multus super ea re, uariusq; rumor. Fronde super uiridi.

SVBTER.

Subter uno significatu, utriq; casui apud autores iungitur ut, Pugnatum est super, subterq; terras. Vergil.

Omnes

Omnes
Ferre libet ſubter denſa teſtudine caſus.

TENVS.

Tenus gaudet ablatiuo, & ſingulari & plurali. ut,
Pube tenus. Pectoribus tenus. At genitiuo tantum plurali. ut, Crurum tenus.
Prępoſitiones quum caſum amittunt, migrant in aduerbia, ut, Longo poſt tempore uenit.
Pone ſubit coniunx. Coram quem quęritis adſum.

DE INTERIECTIONVM CONSTRVCTIONE.

INteriectiones non raro abſolute & ſine caſu ponunt.
Spem gregis ah ſilice in nuda connixa reliquit.
Quæ malum dementia?

O.

O exclamantis, nominatiuo, accuſatiuo, & uocatiuo iungitur. ut, O feſtus dies hominis.
O fortunatos nimium, bona ſi ſua norint, agricolas.
O formoſe puer, nimium ne crede colori.

HEV. PRO.

Heu & prô, nunc nominatiuo, nunc accuſatiuo adhęrẽt.
Heu pietas. Heu priſca fides.
Heu ſtirpem inuiſam.
Prô Iupiter, tu homo adiges me ad inſaniam.
Prô deûm atq; hominum fidem.
Prô ſancte Iupiter. apud Plautum.

HEI. VEH.

Hei & ueh, datiuo apponuntur. ut,
Hei mihi, q nullis amor eſt medicabilis herbis.
Veh miſero mihi, quanta de ſpe decidi?

De

DE FIGVRIS.

IGVRA EST NOVATA, arte aliqua, dicendi forma. Cuius duo tantum genera, dictionis ſcilicet & conſtructionis, hoc loco trademus.

FIGVRAE DICTIONIS.

Figuræ dictionis ſũt ſex. { Prothesis, Aphæresis, Epenthesis } { Syncope, Paragoge, Apocope. }

Prothesis, eſt appoſitio literæ uel ſyllabæ ad principiũ dictionis. ut, Gnatus pro natus. Tetuli pro tuli.

Aphæreſis eſt ablatio literæ uel ſyllabę a principio dictionis. ut, Ruit pro eruit. Temnere pro contẽnere.

Epentheſis, eſt appoſitio literæ uel ſyllabæ ad medium dictionis. ut, Relliquias, relligio, addito l. Induperatorem pro imperatorem.

Syncope, eſt ablatio literæ uel ſyllabæ a medio dictionis. ut, Abiit, petiit, dixti, repoſtum. &c.

Paragoge, eſt appoſitio literæ uel ſyllabæ ad finem dictionis. ut, Dicier pro dici.

Apocope, eſt ablatio literæ uel ſyllabæ à fine dictionis, ut, Peculi pro peculij. Dixtin' pro dixtine.

FIGVRAE CONSTRVCTIONIS.

Figuræ conſtructionis ſunt octo.

- Appoſitio
- Euocatio
- Syllepſis
- Prolepſis
- Zeugma
- Syntheſis
- Antiptóſis
- Synecdoche.

APPOSITIO.

APpoſitio eſt duorum ſubſtantiuorum eiuſdem caſus, quorum alterum declarat alterum, continuata coniunctio. ut, Flumen Rhenus. Poteſt autem appoſitio pluriũ ſubſtantiuorũ eſſe. ut, Marcº, Tulliº, Cicero. Interdum apud autores in diuerſis caſibus ponũtur ſubſtantiua, perinde quaſi ad diuerſa pertinerent. ut,

Vrbs Patauꝫ. Vrbs Antiochiæ.

In appoſitione ſubſtantiua non ſemper eiuſdem generis aut numeri inueniuntur. ut, Vrbs Athenæ.

In me turba ruunt luxurioſa proci.

Ignauum fucos pecus à prẹſepibus arcent.

Triplice nomine fit appoſitio.

Reſtringendæ generalitatis gratia. ut,

Vrbs Roma. Animal equus.

Tollendæ æquiuocationis cauſa. ut,

Taurus mons Aſiẹ. Lupus piſcis.

Ad proprietatem attribuendam. ut,

Eraſmus uir exactiſsimo iudicio. Nireus adoleſcens inſigni forma. Timotheº homo incredibili fortuna.

EVOCATIO.

EVocatio, eſt continuata tertiæ perſonæ ad primam uel ſecundam reductio. ut,

Ego

Ego Cicero oro, uos auditores acclamatis.

Obſeruandum uero eſt, uerbum ſemper conuenire cum perſona euocante. ut,

Ego pauper laboro. Tu diues ludis.

In euocatione, perſona euocans & euocata, aliquando ſunt diuerſorum numerorum, utpote uel quũ perſona euocata caret numero ſingulari: ut, Ego tuę delitię iſtuc ueniam? Aut quum eſt nomen collectiuum: ut,

Magna pars ſtudioſorum amœnitates quærimus, hic ſubauditur nos.

Aut deniq; quũ eſt nomen diſtributiuum. ut,

In magnis rebus lęſus uterq; ſum⁹: ſubintelligitur nos.

Eſt etiam euocatio implicita, ubi perſona euocans ſubintelligitur. ut, Sum pius Aeneas.

Populus ſuperamur ab uno, ſubauditur nos.

SYLLEPSIS.

SYLLEPSIS ſeu conceptio eſt cõprehenſio indignioris ſub digniore. Cuius declarandæ gratia hęc quę ſequuntur obſeruabis.

Copulatum per cõiunctionem &, nec, neq;, et cum, pro &, acceptum: uerbum, aut adiectiuum, aut relatiuum exigit plurale. Quod quidem uerbum aut adiectiuum, aut relatiuum genere & perſona cum digniori ſubſtantiuo quadrabit. ut,

Quin tu & ſoror facitis?

Ego & mater miſeri perimus.

Tu & uxor qui adfuiſtis, teſtes eſtote.

Conceptio perſonarum.

Dignior eſt perſona prima, q̃ ſecunda, aut tertia, & dignior ſecunda, q̃ tertia. ut,

Ego & pater ſumus in tuto.

Tu atq; frater eſtis in periculo.
Neq; ego neque tu ſapimus.
Rhemo cum fratre Quirinus iura dabant.
Cum, tamen ſingulare uerbum magis amat. ut,
Tu quid ego & populus mecum deſyderet, audi.

Conceptio generum.

Dignius eſt maſculinum genus q̃ fœmininum aut neutrum, & dignius eſt fœmininum quam neutrum. ut,
Rex & regina beati.
Calibs & aurum ſunt in fornace probati.
Per uim, & leges ſunt plebiſcita coacta.
At quum ſubſtantiua res inanimatas ſignificant, adiectiuum aut relatiuum uſitatius in neutro genere ponitur. ut
Cum Daphnidis arcum
Fregiſti & calamos, quæ tu peruerſe Menalca,
Et cum uidiſti puero donata, dolebas.
Ira & ægritudo perniſta ſunt.
Virga tua & baculus tuus, ipſa me conſolata ſunt.
Eſt etiam quędam conceptio generum implicita, ut
Impliciti laqueis nudus uterq; iacet,
Subaudi Mars & Venus.

PROLEPSIS.

PROLEPSIS ſeu præſumptio eſt pronunciatio quædam rerum ſummaria. Fit autem quum congregatio ſiue totum cũ uerbo uel adiectiuo apte cohæret, deinde partes totius ad idem uerbum uel adiectiuũ reducuntur, cum quo tamen uix concordant. ut,
Duę aquilæ uolauerũt, hęc ab oriente, illa ab occidẽte.
Congregatio ſiue totum eſt dictio pluralis numeri. ut,
Duæ aquilę. Aut plurali equiualens, ut, Corydon & Thyrſis. Nam copulatum equiualet plurali, ut
Com-

Compulerãtq; greges, Corydon & Thyrſis in unũ.
Thyrſis oues, Corydon diſtentas lacte capellas.

Aut congregatio eſt nomen collectiuum. ut,

Populus uiuit, alii in penuria, alii in delitiis.

Eſt & prolepſis implicita, in qua aliquid tacetur. ut,

Alter in alterius iactantes lumina uultus.
Deeſt alter in alterius.

Diomedes prolepſim dicit, quoties id quod poſterius geſtum eſt, ante deſcribimus. ut, Lauinia uenit littora. Lauiniũ enim nõdũ erat quũ Aeneas ueniret in Italiã.

ZEVGMA.

ZEVGMA eſt unius uerbi uel adiectiui uiciniori reſpondentis ad diuerſa reductio, ad unũ quidem expreſſe, ad alterum per ſupplementum. ut,

Nihil te nocturnũ præſidium palatij, nihil urbis uigiliæ, nihil timor populi, nihil concurſus bonorum, nihil hic munitiſsimus habendi ſenatus locus, nihil horum ora uultuſq; mouerunt? hic mouerunt expreſſe reducitur ad ora uultuſq;. At ad cætera per ſupplementum. Subintelligendum eſt enim præſidium mouit. Vigiliæ mouerunt, timor populi mouit, bonorum concurſus mouit, habendi ſenatus locus mouit.

Verum quando eſt comparatio uel ſimilitudo, uerbũ uel adiectiuum conuenit cum remotiore. ut, Ego ſicut fœnum arui. Hoc ille ita prudenter atq; ego, feciſſet.

Item per niſi. ut Talem filium nulla niſi tu pareret.

Licet poetæ interdum aliter loqui ſoleant. ut

Nihil hic niſi carmina deſunt.
Quid niſi ſecretæ leſerint Phyllida ſyluæ?

Tribus modis fit Zeugma.

In perſona. ut, Ego & tu ſtudet.

In genere. ut, Maritus & uxor eſt irata.
In numero. ut, Hic illius arma, hic currus fuit.
Ponitur aliquando uerbum uel adiectiuũ in principio, & uocatur protozeugma. ut, Dormio ego & tu.
Quandoq; in medio, uocaturq; meſozeugma, ut
Ego dormio & tu.
Quandoq; in fine, & uocatur hypozeugma. ut,
Ego & tu dormis.

SYNTHESIS.

SYNTHESIS eſt oratio congrua ſenſu, nõ uoce, ut, Pars in fruſta ſecant. Gens armati.
Fit autem ſyntheſis nunc in genere tantũ idq; aut ſexus diſcernendi cauſa. ut,
Anſer fœta, Elephantus grauida.
Aut ſupplementi gratia. ut, Præneſte ſub ipſa. ſ. urbe.
Centauro in magna. ſ. naui.
Fit nunc in numero tantum. ut,
Turba ruunt. Aperite aliquis oſtium.
Nunc uero in genere & numero ſimul. ut, Pars merſi tenuere ratem. Hic manus ob patriam pugnando uulnera paſsi.

ANTIPTOSIS.

ANTIPTOSIS eſt poſitio caſus pro caſu, idq; interdum non inuenuſte. ut, Vrbem quam ſtatuo ueſtra eſt. Populo ut placerent quas feciſſet fabulas.
Sermonem quem audiſtis, non eſt meus.
Eius non uenit in mentem: pro id.
Ariſtotelis libri ſunt omne genus elegantiæ referti: pro omnis generis. Sic id genus, quod genus, &c.

Id

Id ne eſtis authores mihi? pro eius.
Interdum autem fit durior antiptôſis. ut,
Salue primus oĩm parẽs patriç appellate, pro prime.
Habet duos gladios, quibus altero te occiſurum minatur, altero uillicum.

SYNECDOCHE.

SYNECDOCHE eſt, quum id quod partis eſt, attribuitur toti. ut, Aethiops albus dentes.
Hic album quod ſolis dentibus conuenit, toti tribuitur Aethiopi.

Per Synecdochen nomina adiectiua, aliquam proprietatem ſignificantia, item uerba paſsiua & neutralia ſignificantia aliquam paſsionem, poſſunt regere accuſatiuum, aut ablatiuum, ſignificantem locum, in quo eſt proprietas aut paſsio. ut,
Aeger pedes uel pedibus.
Saucius frontem uel fronte.
Doleo caput uel capite.
Redimitus tempora lauro.
Truncatus membra bipenni.
Effuſas laniata comas, contuſaq; pectus.
Nam illç græcæ phraſes ſunt.
Excepto q; non ſimul eſſes, cætera lætus.
Cętera ſimiles, uno differunt.

SI CVI LVBET Figuratę conſtructionis elegantias pernoſcere, legat Thomam Linacrum, de Eclipſi, Pleonaſmo, & Enallage, dilucide ac copioſę diſſerentem.

DE

DE PROSODIA.

PROSODIA eſt, quæ rectam uocum pronunciationem tradit. Latine accentus dicitur.

Diuiditur autem Proſodia in { Tonum / Spiritum / Tempus.

Tonus eſt lex nota, qua ſyllaba in dictione eleuatur uel deprimitur.

Eſt autem tonus triplex. { Acutus / Grauis / Circumflexus.

Tonus acutus, eſt uirgula obliqua aſcendens in dextram, ſic ´.

Grauis, eſt uirgula obliqua, deſcendens in dextrã, ſic `.

Circumflexus, eſt quiddam ex utriſq; conflatum, ſic ^.

Huc additur etiam Apoſtrophus, qui eſt quædam circuli pars in ſummo literæ appoſita, ſic ’

Hac nota ultimã dictionis uocalẽ deeſſe oſtendimus. ut

Tanton’ me crimine dignum dixiſti? pro tanto ne.

Spiritus duo ſunt { Aſper / Leuis.

Aſper, quo aſpirata profertur ſyllaba. ut Homo, honor

Leuis, quo citra aſpirationem ſyllaba ꝓfertur. ut Amo, onus.

TONORVM REGVLAE.

PRIMA.

Monoſyllaba dictio breuis, aut poſitione longa acuitur. ut, Mél, fél, párs, pax. Natura longa circumflectitur. ut, Spès, flós, ſól, thûs, rûs.

Secunda

SECVNDA.

In diſſyllaba dictione ſi prior longa fuerit natura, poſterior breuis, prior circumflectitur. ut Lûna, mûſa. In cęteris acuitur. ut, Citus, látus, ſólers.

TERTIA.

Dictio polyſyllaba, ſi penultimam habet longam, acuit eandem. ut, Libértas, penátes. Sin breuem habet penultimã acuit antepenultimã. ut, Dóminus, póntifex.

Excipiuntur compoſita à facio. ut, Benefácis, malefácis, calefácit, frigefácit, quę penultimam acuunt.

At ſi penultima longa fuerit natura, & ultima breuis, circumflectitur penultima. ut, Românus, amâtor.

Compoſita a fis, fit, ultimam acuunt. ut, madefís, calefít, benefit, ſatisfit.

APPENDIX.

Quia hodie propter hominum imperitiã, circũflexus ab acuto uix prolatione diſcernitur, grammatici circumflexum cum acuto confuderunt.

QVARTA.

Quinq; ſunt, quæ tonorum regulas perturbant.

DIFFERENTIA.

Differentia tonum tranſponit. ut, Vná aduerbium ultimam acuit, ne uideatur eſſe nomen. Sic eó, aliquó, alió, continuó, ſeduló, porró, forté, quá, ſiquá, aliquá, nequá, illó, falſó, citó, ferè, planè, & id genus alia, putá pro ſicut, poné, corám, circúm, aliàs, palám, ergó cõiunctio, ſed ergo pro cauſa circumflectitur. ut, Illius ergo uenimus.

Sic differentię cauſa antepenultima ſuſpẽditur in his, déinde, próinde, périnde, aliquando, ſiquando, néquã-

do, húccuſq;, álonge, délonge, déinceps, dúntaxat, déorſum, quápropter, quinimmo, enímuero, propémodum, ádmodum, áffabre, intereáloci, nihilóminus, paulóminus, cum non ſunt orationes diuerſę, uti ſunt pubténus, crúrum ténus. Non enim compoſita ſunt, uelut hactenus, quátenus, & eius generis reliqua.

TRANSPOSITIO.

Tranſpoſitio tonum inuertit. Id quod uſu uenit in prępoſitionibus, quæ poſtpoſitæ grauantur. ut, Tranſtra per & remos. Te penes imperium.

ATTRACTIO.

Attractio tonum mutat, cum poſt uocabulum aliquod ſequitur coniunctio inclinatiua. ut, q;, ne, ue. Attrahunt enim hæ particulę accentum ſyllabę pręcedenti, eamq; acuunt. ut, Luminâq; lauruſq; dei.

Vbi autem eſt manifeſta compoſitio, non uariatur tonus. ut, Déniq;, útiq;, itaq;, úndiq;, hiccine, & huiuſmodi, ubiq; tamen temporis ſui tonum ſeruat.

CONCISIO.

Conciſio tranſfert tonum, cum dictiones per ſyncopen aut apocopen caſtrantur. Tunc enim tonum retinẽt integræ dictionis. ut, Vergíli, Valéri, Mercúri.

Sic quædam nomina & pronomina ſyncopata circumflectunt ultimam. ut, Arpinâs, Rauennâs, noſtrâs, ueſtrâs, cuiâs, ab antiquatis Rauennâtis, noſtrâtis. &c.

Sic donêc a donecum. Sic hûc, illûc, iſtûc, adhûc, &c. pro hûcce, illûcce. &c. Et compoſita a dic, dûc, fâc, ut benedic, redúc, calefác.

IDIOMA.

Idioma, hoc eſt, linguæ proprietas : tonum uariat. ut, Si dictiones græcę integræ ad nos ueniant, ſeruant tonũ ſuum. ut, Simois, periphas, penultimam acuunt : At facta latina antepenultimam eleuant, quia corripiunt penultimam. Quę autem prorſus latina fiunt, latinũ quoq; tonum ſeruant. ut, Georgica, bucolica, antepenultima acuta, licet apud græcos in ultima tonum habeant.

Sic & comœdia, tragœdia, ſophia, ſymphonia, tonum recipiunt in antepenultima, licet in ſua lingua habeant in penultima.

Porro ſi ignoretur proprius peregrinæ uocis tonus, tutiſsimum fuerit iuxta latinũ accentum illã enunciare.

Syllabę communes in proſa oratione ſemper corripiuntur. ut, Célebris, cáthedra, mediocris.

DE CARMINVM RATIONE.

HActenus de tonis & ſpiritibus, deinceps de ſyllabarum tempore, & carminis ratione pauca adijciemus.

Tempus eſt ſyllabę pronunciandę menſura.

Syllaba breuis unius eſt temporis, longa uero duorum.

Tempus breue ſic notatur ∪.

Longum autem ſic −. ut Terrã −∪.

Ex ſyllabis iuſto ordine diſpoſitis, fiunt pedes.

Eſt autem pes, duarum pluriumue ſyllabarum conſtitutio, ex certa temporum obſeruatione.

Pedum alij diſſyllabi, alij triſſyllabi.

De tetraſyllabis autem non multum attinet adhoc noſtrum inſtitutum differere.

Dissyllabi sunt	Spondeus	– –	Vīrtūs.
	Pyrrichius	∪ ∪	Dĕŭs.
	Trochęus ut	– ∪	Pānĭs.
	Iambus	∪ –	ămās.

Trissyllabi octo	Molossus	– – –	Māgnātēs.
	Tribrachus	∪ ∪ ∪	Dŏmĭnŭs.
	Dactylus	– ∪ ∪	Scrībĕrĕ.
	Anapestus	∪ ∪ –	Pĭĕtās.
	Bacchius ut	∪ – –	Hŏnēstās.
	Antibachius	– – ∪	Aūdīrĕ.
	Amphimacer	– ∪ –	Chārĭtās.
	Amphibrachus	∪ – ∪	Vĕnīrĕ.

Porrò pedes numero atq; ordine concinnati, carmen constituunt.

Est enim carmen oratio, iusto pedum numero constricta. Carmen composituro in primis discendū est, pedibus ipsum rite metiri, quam scansionem uocant. Est aute m scansio legitima carminis in singulos pedes commensuratio.

Scansioni accidunt Synalæpha, Eclipsis, Synęresis, Diæresis, & Cæsura.

SYNALAEPHA.

Synalæpha est elisio quędam uocalis ante alteram in diuersis dictionibus. ut,

Sera nimis uit' est crastina, uiu' hodie,

Fit & interdum in una dictione. ut,

Dn̄	Deinde	Semiustus	& similia.
Dn̄s	Deinceps	Deest	
Iidem	Semianimis	Deerat	
Iisdem	Semihomo	Deerit	

At heu & ô nunq̄ intercipiuntur.

Eclypsis

ECLIPSIS.

Eclipsis est, quoties M, cũ sua uocali perimitur proxima dictione à uocali exorsa. ut,

Monstr' horrend' inform' ingens, cui lumen ademptũ.

SYNAERESIS.

Synæresis est duarum syllabarum in unam contractio. ut,

Seu lento fuerint alueária uimine texta.

DIAERESIS.

Diæresis est ubi ex una syllaba dissecta fiunt duæ. ut,

Debuerant fusos euoluisse suos.

CAESVRA.

Cæsura est quum post pedem absolutum, syllaba breuis in fine dictionis extenditur.

Huius species sunt.

Triemimeris, ex pede & syllaba. ut,

Pectoribus inhians spirantia consula exta.

Penthemimeris ex duobus pedibus, & syllaba. ut,

Omnia uincit amor, & nos cedamus amori.

Epthemimeris ex quatuor pedibus & syllaba. ut,

Ostentans artem pariter, arcumq; sonantem.

Eneemimeris ex quatuor pedibus & syllaba. ut,

Ille latus niueum molli fultus, hyacinto.

DE GENERIBVS CARMINVM.

CArminum genera de quibus nos hoc loco potissimum tractare decreuimus, sunt Heroicũ, Elegiacũ, Asclepiadeum, Sapphicum, Phaleucium, Iambicum.

CARMEN HEROICVM.

Carmen Heroicum, quod idem Hexametrum dicitur, constat pedibus numero quidẽ sex, genere uero duobus, dactylo & spondeo. Quintus locus dactylum.

ſextus ſpondeũ peculiariter ſibi uendicat. Reliqui hunc uel illum prout uolumus. ut,

Tītȳrĕ tū pătŭlæ rĕcŭbāns ſub tēgmĭnĕ fāgī.

Reperitur aliquando ſpondeus etiã in quinto loco. ut,

Clara deûm ſoboles magnum Iouis incrementum.

Vltima cuiuſq; uerſus, habetur communis.

CARMEN ELEGIACVM.

Carmen elegiacum, quod & pentametri nomen habet, è duplici conſtat penthemimeri, quarum prior duos pedes dactylicos, ſpondaicos, uel alternos comprehendit cum ſyllaba longa: altera etiam duos pedes, ſed omnino dactylicos, cum ſyllaba item longa. ut,

Rēs eſt ſollĭcĭtī plēnă tĭmōrĭs ămor.

CARMEN ASCLEPIADEVM.

Carmen Aſclepiadeum conſtat ex penthemimeri, hoc eſt, ſpondeo & dactylo, & ſyllaba longa, & duobus deinde dactylis. ut,

Mēcœnas ătăuĭs ēdĭtĕ rēgĭbŭs.

CARMEN SAPPHICVM.

Carmen ſapphicum conſtat ex trocheo, ſpondeo, dactylo, & duobus demum trocheis. ut,

Iam ſătis terris nĭuĭs atquĕ diræ.

In hoc tamen carminis genere, poſt tres uerſus additur Adonicum, quod conſtat ex dactylo & ſpondeo. ut,

Integer uitæ, ſceleriſq; purus,
Non eget Mauri iaculis, nec arcu,
Nec uenenatis grauida ſagittis
Fuſcĕ phăretra.

Carmen phaleucium ſiue endecaſyllabũ.

Carmen phaleucium ſiue endecaſyllabum conſtat ex ſpon-

ſpondeo dactylo, & tribus tandem trocheis. ut,

Quoquō dffiūgĭās păuens Măbilĭ,
Noſtrum non poteris latere naſum.

Carmen iambicum archilochium.

Legitimus uerſus iambicus è ſolis conſtat iambis. ut

Sŭis ĕt īpſă Rōmă uīrĭbūs rŭīt.

Recipit tamen interdum in locis imparibus, pro iambo tribrachum, ſpondeum, dactylum anapeſtum: atq; in paribus tribrachum, & ſpondeum rarius.

Hoc carmen in duo genera diducitur, dimetrum & trimetrum ſeu ſenarium.

DIMETRVM.

Dimetrum conſtat ex quatuor pedibus. ut,

O cārmĭnum dulcēs nŏtæ.
Quas ore pulchra melleo.
Fundis, lyræq; ſuccinis.

TRIMETRVM ſiue Senarium.

Trimetrum conſtat ex ſex pedibus. ut,

Qui nos dāmnant, ſunt hiſtrĭones maxĭmī.
Nam curios ſimulant, uiuunt Bacchanalia.

DE QVANTITATE PRIMARVM SYLLABARVM.

PRIMARVM ſyllabarum quantitas ſeptem modis cognoſcitur.

- Poſitione
- Vocali ante uocalem
- Diphthongo
- Deriuatione
- Compoſitione
- Prepoſitione
- Regula.

Poſitio

POSITIO.

Vocalis ante duas cõsonantes aut duplicem in eadem dictione, ubiq; positura longa est. ut, Ventus, axis, patrizo.

Quod si consonans priorem dictionem claudat, sequente item à consonante inchoante, uocalis præcedẽs etiam positione longa erit. ut

Maior sum q̃ cui possit fortuna nocere.

Syllabæ ior, sum, sit, positione longæ sunt.

At si prior dictio in uocalem breuem exeat, sequente à duabus consonantibus incipiente, interdum sed rarò producitur. ut,

Occulta spolia, & plures de pace triumphos.

Vocalis breuis ante mutam sequente liquida, communis redditur, ut, Patris, uolucris.

Longa uero non mutatur, ut, Aratrum, Simulacrum.

VOCALIS ANTE ALTERAM.

Vocalis ante alteram in eadem dictione ubiq; breuis est. ut, Deus, præamplus.

Excipias genitiuos in ius. ut, Vnius illius. &c. Vbi i cõmunis reperitur, licet in alterius semper sit breuis.

Excipiendi sunt etiam genitiui & datiui quintæ declinationis, ubi e inter geminum i, longa fit, ut faciei, quod aliôqui non contingit. ut, Rei, spei, fidei.

Fi etiam in fio longa est, nisi post e sequatur r. ut, fierem, fieri. Iuuenal. Sic fiunt octo mariti. Idem. Quod fieri non posse putes.

Ohe interiectio priorem syllabam ancipitem habet.

Vocalis ante alteram in græcis dictionibus subinde longa fit. ut dicite Pierides. Respice Laerten. Et in positis. ut Aeneia nutrix, Rhodopeius Orpheus.

Diphthongus

DIPHTHONGVS.

Omnis diphthongus apud latinos longa eſt. ut, Aurum neuter, muſæ, niſi ſequente nocali, ut pręire.

DERIVATIO.

Deriuatiua eandem cũ primitiuis quantitatẽ ſortiuntur, ut amator, amicus, amabilis, prima breui ab amo.

Excipiuntur tamen pauca, quę à breuibus deducta, primam producunt. Cuius generis ſunt.

- Vox uocis à uoco
- Lex legis á lego
- Rex regis à rego
- Sedes à ſedeo
- Iumentum à Iuuo
- Fomes & fomentũ a foueo
- Iucundus a Iuuo
- Iunior à Iuuenis
- Mobilis à moueo
- Humanus ab homo
- Vomer á uomo
- Pedor á pede

Sunt & contra quæ á longis deducta corripiuntur. ut,

- Dux ducis a duco,
- Dicax maledicus,
- & id genus a dico
- Fides a fio
- Arena, Arista } ab areo
- Poſui a pono
- Genui á gigno
- Fragor, Fragilis } á frango
- Noto, as, á notu
- Nato as á natu
- Diſertus á diſſero.
- Sopor á ſopio.

Et alia nonnulla ex utroq; genere, quæ relinquuntur ſtudioſis inter legendum obſeruanda.

COMPOSITIO.

Compoſita ſimplicium quantitatem ſequuntur, ut

- Potens, Solor
- Impotens, Conſolor
- Lego, is, Lego, as,
- Perlego, Allego

Excipiuntur tamen hęc breuia à longis enata, nempe

- Inuba, Pronuba } á nubo
- Deiero & Peiero } á iuro

Et ſiqua ſunt alia id genus.

PRAEPOSITIO.

Ex prępositionibus hę ubiq; producuntur, A, E, De, Prę, Se, niſi uocali ſequente, ut unda dehiſcens. Sudibuſue pręuſtis apud Vergil. Pro, quoq; longa eſt, pręterquàm in iſtis.

Procella
Profugus
Proteruus
Pronepos
Propago proſtirpe
Prophanus

Profiteor
Profundus
Proficiſcor
Profari
Propero
Profugio
Profecto

Procuro
Profundo
Propello

Propulſo
Propago, as,
Primã ſyllabã habent ancipitem.

Propheta &
Propino

græca ſunt per o paruum, & proinde primam breuem habent,

Di etiam producitur niſi in Dirimo & Diſertus

Reliquæ præpoſitiones, ſi poſitio ſinit, corripiuntur. Cuiuſmodi ſunt.

Ad
Ob
Ab

Sub
Re
In

&c.

REGVLA.

Omne pręteritum dyſſyllabum priorem habet longam. ut, Legi, Emi.

Excipias tamen Fidi, Bibi, Dedi — Scidi, Steti, Tuli

Præteritum geminantia, primam itidem breuem habent, ut

Pependi

Pependi	Pepedi	Pupugi
Tetendi	Tutudi	Didici
Totondi	Fefelli	Cecĭdi à cado
Momordi	Tetigi	Cecîdi à cedo

Quin & ſupinum diſſyllabum priorem quoq; ꝓducit, ut

Motum	Excipe	Quitum	Rutum
Latum		Situm	Ratum
Lotum		Litum	Datum
Cretum		Itum	Satum

Et citum á cieo es. Nam citum a cio cis quartæ, priorem habet longam. Diſcāt hic pueri obſeruare ex poetis communes primarum ſyllabarum quantitates, cuius ſortis ſunt.

Britannus	Criticus	Hymen	& ſimili.a
Bithynus	Curetes	Italus	
Cacus	Diana	Liquor	
Coſyra	Fidenæ	Liquidus	
Crathis	Gradiuus	Lycas	
Pachinus	Hinulus	Orion	
Palatium	Pyrene	Rudo	
Pelion	Rubigo	Sychæus	
	Rutilius	Sicanus	

DE MEDIIS SYLLABIS.

MEdiæ ſyllabę partim eadē ratione qua primę, partim etiam incrementis genitiui, atq; coniugationis analogia cognoſci poſſunt.

De incrementis genitiui nominum polyſyllabarum ſupra in generibus nominum abunde dictū arbitramur, unde petere licebit, ſi quid de hac re hæſitaueris. Cętera frequens lectio & optimorum poetarum obſeruatio facile ſuppeditabunt.

Coniugationis analogiam ex imbibitis rudimentis

pueri didicerunt, nempe à indicem primæ cõiugationis longum esse natura, præterquã in do & eius compositis quando huius sint coniugationis. ut,

{Dămus / Circundămus} {Dăbis / Circundăbis. &c.}

Præterea syllabas rimus & ritis in præterito perfecto modi subiunctiui ubiq; pro breuibus habendas: In futuro autem, in oratione prosa longas esse debere, in carmine uero indifferentes reperiri, quemadmodum contendit Aldus. ut,

præterito {Amauérimus / Amauéritis} Futuro {Amauerîmus / Amauerítis}

Est & ubi mediæ syllabæ uariant apud poetas, ut in his quæ subiunximus.

{Connũbium uel Connŭbium} {Malêa / Bathâuus} uel {Maléa / Bathăuus}

{Ficedula / Ficĕdula} {Pharsalia / Phărsalia} {Sidõnius / Sidŏnius} & similia

Adiectiua in inus latina penult. producunt. ut,

{Clandestinus / Mediastinus / Parietinus} {Matutinus / Vespertinus / Repentinus}

Præter hæc sequentia {Diutinus / Crastinus / Pristinus / Perendinus / Ornotinus} {Serotinus / Oleaginus / Faginus / Cedrinus / Carbasinus}

Et item à græcis uocibus deducta in ινος ut

{Cristallinus / Myrrhinus} {Hyacintinus / Adamantinus} &c.

Cætera felicius docebit usus, q̃ ullæ grammaticorum regulę, quas sine ullo fine de mediarum syllabarũ quantitate tradere solent, quare illis prætermissis, ad ultimas

mas ſyllabas iam accingimur.

DE VLT. SYLLABIS.

QVoniam ultimæ ſyllabæ ipſum literarum numerum aut æquant aut ſuperant, non pigebit illas etiam ordine percurrere.

A

Primum a finita producuntur, ut

Ama, Contra, Erga excipias Puta, Ita, Quia

ITEM nominatiuos, accuſatiuos, & uocatiuos in a, cuiuſcũq; fuerint generis, numeri, aut declinatiõis, præter uocatiuos in a, à græcis in as, ut ô Aenea, ô Thoma.

Numeralia in ginta finalem habent cõmunem, ſed frequentius longam, ut triginta, quadraginta.

B, D, T,

IN b, d, t, deſinentia, breuia ſunt, ut, ab, ad, caput.

E,

E finita breuia ſunt. ut,

Mare, Penè Lege, Scribe

Excipiendæ ſunt omnes uoces quintæ inflexionis in e, ut die, fide: unà cum aduerbijs inde enatis. ut,

Hodiè, Quotidie, Pridie, Poſtridie Quare, Quadere, Eare, & ſimilia.

Et ſecundæ item perſonæ ſing. imperatiuorum actiuorum ſecundæ coniugationis. ut,

Doce, Moue Mane, Caue.

Producuntur etiam monosyllaba in e. ut,

Me, Te, Se præter Que, Ve, Ne. Coniũctiones encliticas

Quin & aduerbia quoq; in e ab adiectiuis deducta, longa sunt.

ut Docte, Pulchre, Valde pro ualide. Quibus accedunt Fermè, Ferè.

Bene tamen & male corripiuntur.

Postremo quę a græcis per s scribuntur, natura producuntur, cuiuscunq; fuerint casus, generis, aut numeri,

ut Lethe, Anchise, Cete, Tempe.

I.

I finita longa sunt. ut.

Domini, Magistri, Amari, Doceri.

præter Mihi, Tibi, Sibi, Vbi, Ibi, quę cõmunia sunt.

Nisi uero & quasi corripiuntur. Cuius etiam sortis sunt datiui & uocatiui græcorum, quorum genitiuus sing. in os breue exit. ut,

Huic Palladi, Phyllidi, Minoidi o Amarylli, Alexi, Daphni.

L.

L finita corripiuntur. ut,

Animal, Hannibal, Mel, Mugil, Sol, Consul.

Præter nil contractum a nihil. Et barbara quædã in el. ut,

Michael

Michael Raphael
Gabriel Daniel.

N.

N finita producuntur. ut,

Pæan Xenophon
Hymen Non
Quin Dæmon.

Excipe Forſan Tamen
Forſitan Attamen
An Veruntamen. &c.

Corripitur & in, cum compoſitis. ut,

Exin Dein
Subin Proin.

Accedũt ijs & uoces illę, quę per apocopen caſtrãtur. ut

Men' Audin'
Viden' Nemon'

Nomina item in en, quorum genitiuus in is correptum habet. ut,

Carmen Pecten
Crimen Tibicen.

Græca etiam in on per o paruum, cuiuſcunq; fuerint caſus. ut,

Ntõ Ilion Pelion Actõ Caucaſon Pylon.

Quædam etiam in in, ut Alexin: in yn, ut Ityn: in an quoq; a nominatiuis in a, ut

Ntõ Iphigenia Aegina Actõ Iphigenian Aeginan.

Nam in an a nominatiuis in as, producuntur. ut,

Ntõ Aeneas Marſyas Actõ Aenean Marſyan.

O.

O finita communia ſunt. ut,

Amo

{Amo / Virgo} {Porrò / Legendo, gerundiũ.}

Preter obliquos in o, qui ſemper producuntur. ut,

Huic {Domino / Seruo} ab hoc {Templo / Damno.}

Et aduerbia à nominibus deriuata. ut,

{Tanto / Quanto} {Liquido / Falſo} {Primo / Manifeſto. &c.}

Præter {Sedulo / Mutuo} {Crebro / Sero} quę ſunt cõmunia.

Cæterum modo & quomodo ſemper corripiuntur. Cito quoq; ut & ambo, duo, atq; homo, uix leguntur producta.

Monoſyllaba tamen in o, producuntur, ut do, ſto, ut & ergò pro cauſa.

Item græca per ω, cuiuſcunq; fuerint caſus. ut,

Hæc {Sappho / Dido} huius {Androgeo / Apollo} hũc {Atho / Apollo}

R.

R finita corripiuntur. ut,

{Cæſar / Torcular / Per} {Vir / Vxor / Turtur.}

Cor ſemel apud Ouidium productum legitur. ut,

Molle meum leuibus cor eſt uiolabile telis.

Producuntur etiam {Far / Lar / Nar} {Ver / Fur / Cur.}

Par quoq; cum compoſitis. ut {Compar / Impar / Diſpar.}

Græca quędam in er, quę illis in ηρ deſinunt. ut

Aer

Aer, Crater, Stater — Charecter, Aether, Soter.

Præter pater & mater, quę apud latinos ultimam breuem habent.

S.

S finita cum uocalibus pares habent terminationes, nempe As, Es, Is — Os, Vs.

A S.

Primo as finita producuntur. ut,

Amas, Musas — Maiestas, Bonitas.

Præter græca, quorum genitiuus sing. in dos exit. ut,

Archas, Pallas Gtō Archados, Pallados.

Et præter accusatiuos plur. nominum crescentium. ut,

Heros Heroos, Phyllis Phyllidos Actō plur. Heroas. Phyllidas

E S.

Es finita longa sunt. ut,

Anchises, Sedes — Doces, Patres.

Excipiuntur nomina in es tertię inflexionis, quę penultimam genitiui crescentis corripiunt. ut,

Miles, Seges — Diues, Prępes.

Aries, Abies, Paries — Ceres, Pes, cum compositis.

Es quoq; a sum unà cum compositis corripitur, cuiuscunq; fuerit modi. ut,

potes

{Amo / Virgo} {Porrò / Legendo, gerundiũ.}

Preter obliquos in o, qui ſemper producuntur. ut,

Huic {Domino / Seruo} ab hoc {Templo / Damno.}

Et aduerbia à nominibus deriuata. ut,

{Tanto / Quanto} {Liquido / Falſo} {Primo / Manifeſto. &c.}

Præter {Sedulo / Mutuo} {Crebro / Sero} quę ſunt cõmunia.

Cæterum modo & quomo
Cito quoq; ut & ambo, di
producta.

Monoſyllaba tamen in
ut & ergò pro cauſa.

Item græca per ω, cuiuſcu

Hæc {Sappho / Dido} huius {A / A}

R.

R finita corripiuntur. ut,

{Cæſar / Torcular / Per}

Cor ſemel apud Ouidium pr
Molle meum leuibus cor

Producuntur etiam {Far / Lar / Nar} {Fur / Cur.}

Par quoq; cum compoſitis. ut {Compar / Impar / Diſpar.}

Græca quędam in er, quę illis in κρ deſinunt. ut

Aer

Aer	Charecter
Crater	Aether
Stater	Soter.

Pręter pater & mater, quę apud latinos ultimam breuem habent.

S.

S finita cum uocalibus pares habent terminationes, nempe

As

Os

Vs.

s

s.

in dos exit. ut,

os

s.

crescentium. ut,

ur. Heroas. Phyllidas

onis, quę penul-

[illegible] ut,

Miles	Diues
Seges	Prępes.
Aries	Ceres
Abies	Pes, cum compositis.
Paries	

Es quoq; a sum unà cum compositis corripitur, cuiuscunq; fuerit modi. ut,

potes

{Amo / Virgo} {Porrò / Legendo, gerundiũ.}

Preter obliquos in o, qui ſemper producuntur. ut,

Huic {Domino / Seruo} ab hoc {Templo / Damno.}

Et aduerbia à nominibus deriuata. ut,

{Tanto / Quanto} {Liquido / Falſo} {Primo / Manifeſto. &c.}

Præter {Sedulo / Mutuo} {Crebro / Sero} quę ſunt cõmunia.

Cæterum modo & quomodo ſemper corripiuntur. Cito quoq; ut & ambo, duo, atq; homo, uix leguntur producta.

Monoſyllaba tamen in o, producuntur, ut do, ſto, ut & ergò pro cauſa.

Item græca per ω, cuiuſcunq; fuerint caſus. ut,

Hæc {Sappho / Dido} huius {Androgeo / Apollo} hũc {Atho / Apollo}

R.

R finita corripiuntur. ut,

{Cæſar / Torcular / Per} {Vir / Vxor / Turtur.}

Cor ſemel apud Ouidium productum legitur. ut,

Molle meum leuibus cor eſt uiolabile telis.

Producuntur etiam {Far / Lar / Nar} {Ver / Fur / Cur.}

Par quoq; cum compoſitis. ut {Compar / Impar / Diſpar.}

Græca quędam in er, quę illis in ηρ deſinunt. ut

Aer

Aer, Crater, Stater — Character, Aether, Soter.

Præter pater & mater, quę apud latinos ultimam breuem habent.

S.

S finita cum uocalibus pares habent terminationes, nempe As, Es, Is — Os, Vs.

A S.

Primo as finita producuntur. ut,

Amas, Musas — Maiestas, Bonitas.

Præter græca, quorum genitiuus sing. in dos exit. ut,

Archas, Pallas Gtō Archados, Pallados.

Et præter accusatiuos plur. nominum crescentium. ut,

Heros Heroos, Phyllis Phyllidos Actō plur. Heroas. Phyllidas

E S.

Es finita longa sunt. ut,

Anchises, Sedes — Doces, Patres.

Excipiuntur nomina in es tertię inflexionis, quę penultimam genitiui crescentis corripiunt. ut,

Miles, Seges — Diues, Prępes.

Aries, Abies, Paries — Ceres, Pes, cum compositis.

Es quoq; a sum unà cum compositis corripitur, cuiuscunq; fuerit modi. ut,

potes

Potes	Prodes
Ades	Obes.

Quibus penès adiungi poteſt, unà cum neutris ac nominatiuis pluralibus græcorum. ut,

Hippomanes	Cyclopes
Cacoëthes	Naides.

I S.

Is finita breuia ſunt. ut,

Paris	Triſtis
Panis	Hilaris.

Excipe obliquos plurales in is, qui producuntur. ut,

Muſis	Dominis
Menſis	Templis.

Item quis pro quibus, cum producentibus penultimā genitiui creſcentis. ut,

Samnis	Samnitis
Salamis	Salaminis.

Adde huc quę in eis diphthongum deſinunt, ſiue greca ſiue latina, cuiuſcunq; fuerint numeri aut caſus. ut,

Simoeis	Parteis
Pyroeis	Omneis.

Et monoſyllaba itē omnia, ut uis, lis, prēter is & quis nominatiuos, & bis apud Ouid.

Iſtis accedunt ſecundæ perſonę ſing. uerborum in is, quorum ſecundæ perſonæ plurales deſinunt in itis penultima producta, unà cum futuris ſubiunctiui in ris. ut,

Audis		Auditis
Velis	plur	Velitis
Dederis		Dederitis

O S.

Os finita producuntur. ut,

Honos	Dominos
Nepos	Seruos

Prēter compos, impos, & os oſsis, & grēca per o paruum,

uum. ut,

{Delos / Chaos} {Pallados / Phyllidos.}

VS.

Vs finita corripiuntur. ut,

{Famulus / Regius} {Tempus / Amamus.}

Excipiuntur producẽtia penultimam gtĩ creſcentis. ut,

{Salus / Tellus} Gtõ {Salûtis / Tellûris}

Longæ ſunt etiam omnes uoces quartæ inflexionis in us, prẽter nominatiuum & uocatiuum ſing. ut huius, hç, has, ô, manus.

His accedunt etiam monoſyllaba. ut,

{Crus / Thus} {Mus / Sus. &c.}

Et græca item per us diphthongum, cuiuſcunq; fuerint caſus. ut,

Hic {Panthus / Melampus} Huius {Sapphus / Clius.}

Atq; pñs cunctis uenerandum nomen Ieſus.

V.

Poſtremo u finita producuntur omnia. ut,

{Manu / Genu} {Amatu / Diu.}

ΤΕΛΟΣ.

Εὰν ἦσ φιλομαθὴσ ἦσι πολυμαθὴσ.

LONDINI
EX OFFICINA THOMAE
BERTHELETI TYPIS
IMPRES.

CVM PRIVILEGIO AD IM-
PRIMENDVM SOLVM.

ANNO VERBI IN-
CARNATI.
M.D XL.

BIBLIOTHECA
LAMBETHANA